



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Capvt V. De leiunio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

Cast. *tom. 1. tr. 3. d. 6. de dispens. leg. q. 4. n. 8.* att nullibi apparet adesse ejusmodi concessionem, ut scilicet nulla existente causa subditos exculante, dubia ne quidem, & solum ad communes elemosynas distribuendas, vel ad quodcumque aliud opus bonum faciendum, inferior Pontifice dispense in legibus iuris communis, qualis est observatio festorum, vel jejuniorum, id enim esse dispensare ex causa; sed commutare ad libitum, atque adeo transcendere limites dictae concessionis. Dixi autem (in festis iure Superiori inductis) nam de Summo Pontifice in his, vel de Episcopis in festis iure Dioecelano impositis, alia est ratio, de qua *alibi*.

40. Illud approbo, quia in aliquibus Dioecibus imposita est concedens multa pecuniaria laborantibus in die festo; hanc posse, ut faret Sanch. *lib. 3. de matr. d. n. 10.* probato delicto, & sine fraude exigis & posse, immo debere (ut monet de omnibus similibus poenis Tridentinum *sess. 25. c. 3. de reform. matr.*) locis piis applicari.

41. Cur signate dictum est (sine fraude)? Quia alicubi (dolens refero; quod videtur) ab Episcopis constituti sunt aliqui Officiales, quibus festorum iura dedit nomen *Festuariorum*, quorum est munus laborantes die festo deprehendere, deferre, ac multa pecuniaria condemnare. Ex his ergo Festuarii nonnulli nullo rubore, religione nulla, interdum pactum ineunt cum artificibus, camporumque cultoribus, ut reddant quandam pecuniae censum quotannis, ne eodem anno ab ipsis Festuariis molestiam patiantur, quo freti pacto, an Opifices, ac Rustici faciliores sint ad frangendam legem, alii judicent. Illud proclamo, & id concedi, vel permitti, & ab ipsis Officialibus id praestari, indignum, scandalosum, perniciosum esse.

CAPUT IV.

De Actionibus quibusdam non servilibus die Festo prohibitis.

§. I. *Haec sunt Mercatus, Placitum, seu Iudicium forense, Iuramentum, Mercatus.*

1. **T**ripliciter sumitur Mercatus. Primò enim significat universales Nundinas (Italicè *Fiera*) quae semel, vel bis in anno ad publicum commercium celebrantur. Secundò, Nundinas de quibusdam rebus usualibus, (Italicè *Mercato*) quae semel in hebdomada ad Oppidi abundantiam sunt institutae; Tertio, ipsum actum mercandi; id est, emptionem, venditionemque rerum, c. 1. *ul. de Feriis, l. 1. 2. 3. & ult. c. eodem tit.*

2. Primus jam est in usu etiam in festis: Sic Tollet. Suarez, Fagund. Azor. quos citat, sequiturque Castro Pal. *tom. 2. tr. 2. d. 1. de observ. fest. p. 6. n. 4.* Secundum video alicubi in die festo non permitti, licet jam ex consuetudine permitti, dicat Castro Pal. *ibid.* Servetur ergo consuetudo Patriae. Tertius magna ex parte consuetudine videtur jam permissus, videmus enim (ait idem *ibidem*) operarios sine ullo scrupulo die festo conducere, bona defraetor publicae voce Praeconis vendi, necessaria cibo, & potui venalia fieri, calceosque aliasque res leves emi, ac denique passim fiunt privatae venditiones, vel locationes, solum propter reverentiam festi non quasi in publico id fit; sed semiclausis officinarum januis: servetur ergo loci consuetudo.

3. Alicubi venduntur per Urbem publice Cupedia, & res esculentae ad populum, & maxime puerorum illicitamenta: atque ut id impune faciant, impetrant vendentes licentiam à Ministris Ecclesiasticis, data elemosyna. De hac ergo re illud tene, quod paulò *superius, c. 3. §. 2. n. 41. cum de Festuariis ageremus*, habuisti.

Placitum.

4. Placiti nomine comprehenditur omnis strepitus judicialis, id est, citatio partis, formatio processus, seu

cognitio causae, & sententiae, sententiaeque executio in causis omnibus civilibus, & criminalibus, à quocumque fiant iudice, sive Ecclesiastico, sive seculari: quae omnes actiones non solum sunt, nisi addit legitima exculatio, illicitae, sed insuper invalidae. Ita Laym. *lib. 4. tr. 7. c. 2. n. 7. alique passim; Fagundez lib. 1. Eccl. praec. a cap. 14. fusc.* Cast. item fuscè loco cit.

5. Puro tamen licere presentationes facere, institutiones, collationes, provisiones, & cetera Beneficiorum; quia haec non afferunt strepitum iudiciale, nam propterea ne putes vetitum esse diebus festis excommunicationem ferre in aliquem, nec multò magis ab illa absolvi, & ea facere, quae sunt voluntariae iurisdictionis, ut est, v. g. expedire dispensationes; quia haec non requirunt iudiciale causae cognitionem. Pari modo, si Advocates Iudicem informet, si arbitrator, non ut Iudex, amicabilem compositionem statuatur, si Iudex privam sententiam postea proferendam scribat, &c. contra observantiam festi, propter eandem rationem non agent.

6. Nec tamen hic deest causa exculans, nempe necessitas, & pietas. Festis ergo diebus possunt expediri licite causa alimentorum, Carceratorum, Pupillorum, Viduarum, & miserabilium personarum: item causae, quae celeritatem requirunt, quia alioquin res peritura sit. Ita Layman. *ibid.* Et Suarez quidem *tom. 1. de Relig. tract. 2. l. 2. de observ. fest. cap. 30. ad fin.* notat latronem de fuga suspectum, posse die festo capi, & in carcerem trudi; item in pagis causas civiles agitari, si aliis profestis diebus rustici nec adesse, nec vocari commodè valent.

7. Quia ratione hic etiam habeat locum parvitas materis, vide apud Fagundez *lib. 1. Eccl. 1. p. praec. c. 2. n. 8. & Suarium l. c. 3. 1.*

Iuramentum.

8. De hoc satis sit adnotare, quae compendiosè affert Layman *ibid. n. 8.* Probabile est, inquit, quod Caietanus docet, iuramenta in die festo prohibita non esse praeter judicialia. Alia vero negotia, quae die festo exercentur, ut inauguratio Doctorum, Contractus aliquis civilis, etiam iuramenta, si opus sit, confirmari poterunt, accessorium enim sequitur sum principale. Quod si in cap. 1. de Feriis, maior prohibitio iuramentis facta fuit, si tamen Textus significare videtur; non est id usu receptum, vel postea abrogatum.

CAPUT V.

De Jejunio.

1. **N**on hic agemus de jejunio naturali, praenecessario ad Eucharistiae receptionem, quod abstinentiam à cibo, & potu requirit omnimodam, nec de morali, quo juxta rectae rationis regulas abstinemus prudenter à dictis: sed de Ecclesiastico, quod Fidelibus praecipitur statis diebus, potestque describi esse ex Azor. *tom. 1. lib. 7. c. 9. de jejun. q. 1.* Abstinentia à cerò genere ciborum sub unica concessorum comestione, sub meridiem suscipienda. Abstinentia à carnibus tantum, cum facultate pluries in die alios cibos comedendi, quae ab Ecclesia servatur Feria sexta, & Sabbato; vocari quidem solet Jejunium, sed largè

§. I. De qualitate ciborum jejunij.

Abstinentia à carnibus.

1. **H**anc esse de Jejunij essentia, saltem ob universalissimam consuetudinem, firmiter communiter Doctores, Ita S. Thom. *q. 147. art. 8.* Sylvester *v. Jejunium.* Navarr. *c. 2. l. n. 10.* alique mox citandi; ex quo principio colliguntur sequentia.

2. Primò, Dispensatus ad carnes edendas, liber est à jejunio. Ita Caiet. in praedictum locum S. Thom. Fagund. multos referens *prac. Eccl. 4. lib. 1. c. 2. n. 6.* quidquid dicat Joan. Medina *Code de jejunio, quest. 5. d. 2. ad finem.* Ratio est, quia ad actionem quampiam quis teneri non potest

7. At si potes (ait Navarrus) vesci piscibus, injuste fuit tibi concessio carnum. Respondeo: nulla consequentia; fortasse enim pisces simul cum carnibus; vel saltem medica piscium portio, non nocent. Deinde ajo hunc non posse comedere sine detrimento pisces, & propterea dispensatum fuisse; at ex gula irritamento vult pisces etiam addere; peccatum ergo committet contra temperantiam, quod tamen solet communitate esse veniale; non vero contra legem jejuni, quod esset mortaliter.

8. Quinto, Dispensatus ad unum genus carnum, v. g. ad Gallinas, poterit quascunque carnes comedere lardum, farcinem, porcinam, &c. Ratio est, quia una est, & indivisa omnium carnum prohibitio: quare licet illa nocentium valetudini pariant, unde ea comedens peccet contra temperantiam, non tamen peccat contra legem jejuni.

9. Prædicta intelligenda sunt non solum pro legitime dispensatis à jejuniis, verum etiam pro nobis obligatis, vel quomodocunque excusatis, quales sunt infideles, infantes usque ad septennium, amentes, infirmi; qui omnes, cum non teneantur abstinere ab esu carnum, non teneantur ad legem jejuni. Obiter tamen recoles, pueros à termino, in quo ratione possunt, seu ab ætate septenni, usque ad annum vigesimum primum, & senes sexagenarios, teneri ad abstinentiam à carnibus, nisi aliunde excusarentur; quamvis non teneantur ad jejunandum, ut ex universali consuetudine patet. Quare advertis hæc esse duo præcepta dividua: alterum de non comedendis carnibus; alterum de unica comestione: nam propterea non valens propter debilitatem unica comestione contentus esse poterit quidem sæpe comedere in die cibos quadragesimales; at non poterit vesci carnibus, nisi debilitas hoc etiam petat.

Secundum quid dicendum de illis, qui prædictis non obligatis carnes ministrant? Respondeo, si fidelibus, ut etiam pueris ante septennium completum, & imò postea, si usum rationis nondum acquisiverunt; poterunt ministrari carnes. Ioan. Sanchez l. c. n. 3. quia cum hi non teneantur Ecclesiæ legibus; cooperatio non est ad actionem contra legem, sicut enim ipsi licite illas comedunt, ita & licite eisdem eas porriguntur. Idem dic quoad perpetuam, & omnino amentes, idque propter duas rationes: Primò, quia probabile est, hos amentes nullis humanis legibus adstringi; siquidem lex humana nunquam intenditur dari, nisi humano, & rationabili modo viventibus; Secundò, quia ij sunt verè infirmi, cum cibi quadragesimales, utpote pravi humores foventes, regulariter noceant amentibus. Quoad amentes in aliqua materia, vel aliqua intervalli luce gaudentes, idem dicendum puto, si non propter primam, certè propter secundam rationem: Ebriis denique nullo pacto concedendum est posse à te die jejuni ministrari carnes. Ita Thom. Sanchez l. 1. in decal. cap. 1. n. 16. fine. Ratio est, quia hi sunt per se comprehensi à legibus, nec ab infirmitate aliqua, ut supponimus, excusantur. Et quamvis si ipsi comederent, non peccarent, quia tunc propter turbationem, quam à vino patiuntur, non advertunt; peccarent tamen ministrantes, dum cooperarentur ad comestionem illam materialiter malam.

10. Illud superest: Quorūnam animalium carnes hic prohibentur? Respondeo, non nisi eorum, quæ communis hominum existimatio, & consuetus usus jam decrevit habito; semper præ oculis sine Ecclesiæ, quæ propterea prohibet in jejuniis carnes, ut alimenta multum nutritia, hominumque vires admodum resciantia, à Fidelibus excludat: Ita Bonac. 2. vult. circa octavum præcepti. Decal. q. 1. p. 2. n. 1. Trullench. lib. 3. in decal. c. 2. d. 3. num. 1. Tamb. tom. 2. de iure Abbatum, d. 12. q. 9. n. 9. in ultima editione. Certè melior regula dari hæc de re non potest: Illa enim, assignat pro prohibitis ea animalia, quæ vivunt extra aquam, & terrestria vocantur, pro concessis, quæ intra aquam degunt, & Aquatilia nominantur, fallax regula est: nam Testudines terræ, & Li-

7. At si potes (ait Navarrus) vesci piscibus, injuste fuit tibi concessio carnum. Respondeo: nulla consequentia; fortasse enim pisces simul cum carnibus; vel saltem medica piscium portio, non nocent. Deinde ajo hunc non posse comedere sine detrimento pisces, & propterea dispensatum fuisse; at ex gula irritamento vult pisces etiam addere; peccatum ergo committet contra temperantiam, quod tamen solet communitate esse veniale; non vero contra legem jejuni, quod esset mortaliter.

8. Quinto, Dispensatus ad unum genus carnum, v. g. ad Gallinas, poterit quascunque carnes comedere lardum, farcinem, porcinam, &c. Ratio est, quia una est, & indivisa omnium carnum prohibitio: quare licet illa nocentium valetudini pariant, unde ea comedens peccet contra temperantiam, non tamen peccat contra legem jejuni.

9. Prædicta intelligenda sunt non solum pro legitime dispensatis à jejuniis, verum etiam pro nobis obligatis, vel quomodocunque excusatis, quales sunt infideles, infantes usque ad septennium, amentes, infirmi; qui omnes, cum non teneantur abstinere ab esu carnum, non teneantur ad legem jejuni. Obiter tamen recoles, pueros à termino, in quo ratione possunt, seu ab ætate septenni, usque ad annum vigesimum primum, & senes sexagenarios, teneri ad abstinentiam à carnibus, nisi aliunde excusarentur; quamvis non teneantur ad jejunandum, ut ex universali consuetudine patet. Quare advertis hæc esse duo præcepta dividua: alterum de non comedendis carnibus; alterum de unica comestione: nam propterea non valens propter debilitatem unica comestione contentus esse poterit quidem sæpe comedere in die cibos quadragesimales; at non poterit vesci carnibus, nisi debilitas hoc etiam petat.

Secundum quid dicendum de illis, qui prædictis non obligatis carnes ministrant? Respondeo, si fidelibus, ut etiam pueris ante septennium completum, & imò postea, si usum rationis nondum acquisiverunt; poterunt ministrari carnes. Ioan. Sanchez l. c. n. 3. quia cum hi non teneantur Ecclesiæ legibus; cooperatio non est ad actionem contra legem, sicut enim ipsi licite illas comedunt, ita & licite eisdem eas porriguntur. Idem dic quoad perpetuam, & omnino amentes, idque propter duas rationes: Primò, quia probabile est, hos amentes nullis humanis legibus adstringi; siquidem lex humana nunquam intenditur dari, nisi humano, & rationabili modo viventibus; Secundò, quia ij sunt verè infirmi, cum cibi quadragesimales, utpote pravi humores foventes, regulariter noceant amentibus. Quoad amentes in aliqua materia, vel aliqua intervalli luce gaudentes, idem dicendum puto, si non propter primam, certè propter secundam rationem: Ebriis denique nullo pacto concedendum est posse à te die jejuni ministrari carnes. Ita Thom. Sanchez l. 1. in decal. cap. 1. n. 16. fine. Ratio est, quia hi sunt per se comprehensi à legibus, nec ab infirmitate aliqua, ut supponimus, excusantur. Et quamvis si ipsi comederent, non peccarent, quia tunc propter turbationem, quam à vino patiuntur, non advertunt; peccarent tamen ministrantes, dum cooperarentur ad comestionem illam materialiter malam.

10. Illud superest: Quorūnam animalium carnes hic prohibentur? Respondeo, non nisi eorum, quæ communis hominum existimatio, & consuetus usus jam decrevit habito; semper præ oculis sine Ecclesiæ, quæ propterea prohibet in jejuniis carnes, ut alimenta multum nutritia, hominumque vires admodum resciantia, à Fidelibus excludat: Ita Bonac. 2. vult. circa octavum præcepti. Decal. q. 1. p. 2. n. 1. Trullench. lib. 3. in decal. c. 2. d. 3. num. 1. Tamb. tom. 2. de iure Abbatum, d. 12. q. 9. n. 9. in ultima editione. Certè melior regula dari hæc de re non potest: Illa enim, assignat pro prohibitis ea animalia, quæ vivunt extra aquam, & terrestria vocantur, pro concessis, quæ intra aquam degunt, & Aquatilia nominantur, fallax regula est: nam Testudines terræ, & Li-

maces extra aquam vivunt, & tamen prohibita die jejuni nequaquam sunt.

11. Si forte appareat nondum nobis cognitum animal ut in orbe novo occurrere facile potest; incertaque dubitatio, an sit caro prohibita, necne; recuratur ad finem prohibitionis, & ad similitudinem cum aliis prohibitis; si enim valide nutriat assimilaturque animantibus nostratibus prohibitis; erit & illud censendum prohibitum, secus non item.

Novi ego hominem nobilem genere, pietate, ac literis nobiliorem, qui nescio qua elephantiasi longa diu vexatus, post multas peritorum consultationes à non illiterato Medico hoc remedium nactus est suæ incurabilis, ut ab aliis censebatur, infirmitatis: ut per annum integrum nullis aliis vesceretur dapibus, nisi præcis capite, & cauda viperis. Horror fuit id initio attentare, variisque, atque exquisitis modis carnes illas condendas, ut imaginationem suam, nauseamque falleret, curabat sanitatis per omnia appetens egrotus: Verum, non multo post tempore non horrorem modò deposuit, sed Viperea fercula ita adamavit, ut postquam in pristinam, immò majorem valetudinem, præter multorum expectationem, fuit restitutus, pro delictis haberet vesci Viperis. Incidit interim ieiunium quadragesimale, nec à viperis undique conquirendis, atque comedendis bona fide bonus vir desitit, donec ab amico semel, qua ratione eas carnes dictis vitis comederet, interpellatus in scrupulum incidit, sequi ab illis eo tempore comedendis (ut erat religiosissima conscientia) statim abstinuit, quæstionemque, An eas carnes prohibita censenda essent, nobis Theologis disputandum reliquit.

12. Quid ergo, quæ te, de hac quæstione sentis, docte Lector? Ego ex modo dictis numero præcedente, nisi me mea fallit ratiocinatio, colligerem carnes hæc prohibitas nequaquam esse, quia Vipera similior est Anguillis, quæ prohibita non sunt, quam cæteris animalibus prohibitis; exigua item nutritionis Viperam esse, cum sit multum terrea, atque admodum medicinalis, non improbabiler conjicio: quare nisi Medicus aliunde ostendar eas esse validæ nutritionis, sicuti sunt cæteræ carnes; prohibitas Viperas non esse puto.

13. Sed quid de partibus dictorum prohibitorum animalium, omnino sunt prohibita? Respondeo omnes, eas nimirum, quæ sunt partes quomodocunque constitutivæ animalis, cartilagine, nervos, sanguinem, &c. quia dum animal prohibetur, non possunt non prohiberi omnes eæ partes, quæ ipsum constituunt. His adde jus ex carnibus ex Sanchi. lib. 4. in dec. c. 11. n. 4. Bon. r. 2. circa secundum dec. præc. d. 4. q. 2. p. 6. num. 23. jus enim continet partes subtiliores substantiæ carnis, per elixationem eliquata.

14. Quæcunque item medulla, lactidum, axungia, & quæcunque pinguedo nondum vi ignis liquefacta, inter carnes sunt omnino censenda; quia verè sunt partes ut cumque animalis in omnium hominum conceptu, & non mera, & propria excrementa. Idem in rigore dicendum esset de iisdem liquefactis, quo pacto aliquod illorum vocatur à nostris *Sagimen*, de quo mox: quia modica illa liquefactio, mutare naturam substantiæ carnis non potest.

15. Dices at pinguedo, & lactidum nondum liquefacta continent quædam venulas, nervulosque verè carnes, quos non continet Sagimen, cum ejusmodi partes carniæ virtute ignis, vel expurgentur, vel resideant, vel evaporent: ergo posset dici, pinguedinem esse carnem, non verò Sagimen. Respondeo: propter ejusmodi solas venulas, nervulosque, lactidum, & prædictæ pinguedines essent interdictæ: semper excusaretur à mortali, qui ea comederet; quia semper esset parvitas materiæ, in magno cum lactidi frusto, proli quam parvitas modicæque venulæ reperiuntur? Si igitur sub mortali sunt vitæ, certè non propter aliud, nisi quia ipsa verè sunt ex se carnes.

16. Dixi autem signatè (in rigore) nam quia mo-

do num. 9. dictum est, hac in re existimationem hominum esse maxime attendendam, probabile autem est, sagimen existimari inter carnes; ut item non existimari, sed esse numerandum inter lacticia; ideo probabilis etiam erit utraque sententia; atque adeò posse recipi in jejuniis, & posse ab eodem rejici. Ita multi apud Hent. lib. 7. c. 13. n. 11. Ludov. à Cruce de Bull. Cruc. d. 1. cap. 5. d. 16. num. 4. Diana p. 1. tract. 9. res. 2. inclinat Pag. Ecclesiæ præc. 4. lib. 1. cap. 2. num. 20. aliique ab iisdem cit.

17. Superest & aliud: An pluries peccet, qui pluries die jejuniis carnibus vescitur?

Duplicem quæstionem, hæc una quæstio completur: Alteram, An qui per sufficientem distantiam plures carnium manducationes, v. g. mane, meridie, sero, &c. plura numero distincta peccata committat? Et certum est, plura committere. Ita Suar. r. 2. de vel. lib. 4. c. 7. n. 2. & Doctores passim, quia hoc præceptum est negativum, quod obligat semper, & ad semper. Non ita res se habet in præcepto de unica comestione dumtaxat, faciendâ eodem jejuniis die; ita Hentig. Tolet. Lay. Fillius. Suar. aliique apud Diapam p. 1. r. 9. res. 44. quando enim plenus bis comedit, vel semel carnes manducasti, atque adeò jejuniis cum culpa fregisti, tertio, vel quarto, vel deinceps eodem die quadragesimalia comedas, non iterum peccas: quia fracto jam per secundam comestionem, vel per carnium manducationem jejuniis, ipsum adimplere non amplius potes: ac propterea contra nullam præceptum, quod à te observari possit, operaris.

18. Altera quæstioncula est; quanam sit censenda continuatio comedendi carnes, ut sic censetur una comestio, adeoque unicuique numero peccatum? Si quis enim initio mensæ comedat ferculum intitum ex carnibus, mox pergat ad tria, quatuorve fercula ex piscibus, denique redeat ad aliud ferculum carneum; quoniam numero peccata committit. Confessori ut duo aperienda, an unicuique dumtaxat?

Respondeo: in hoc exemplo unicuique numero peccatum committi censo; quia per continuatam comestionem, una est refectio, unaque moraliter transgressio: ac si interruptur per alia negotia, iudicio prudentis viri judicandum erit, quæ, si rectum sit ad iterum comedendum, constituitur unica moraliter comedendi, seu se reficiendi actio: Certo si post integram horam redeat quis ad carnes, sive recesserit animo continuandi postea comestionem, sive non continuandi, puto multiplicari peccata, quia tam distans tempus hac in re videtur sufficiens ad moralem multiplicationem: si verò redeat post quadrantem cum dimidio, non ita, propter contrariam rationem. Si persuadet paritas ducta ab eo, qui die jejuniis surgit à mensa, & deinde post horam, vel semihoram redit: post horam enim puto, quantum est ex hoc capite discontinuationis, fracturum jejuniis; post quadrantem, ejusdemque medium, non item: de qua re mox suo loco.

Abstinentia à Lacticiis.

19. Lacticiis nomen veniunt, Lac, Caseus, Butyrum, similiaque ex lacte constata, atque ova, & etiam illa, quæ vocantur *Non nata*; nec solum ea, quæ tenent albumine sunt circumvoluta, sed etiam, quæ solum continent vitellum; omnia enim sunt ipsa substantia ovorum, licet magis, minùve completa, excludimus tamen nervorum illum racemum, & unde hæc ova pendunt, is enim totus est carneus. An sagimen sit inter lacticia communerandum, vidimus modò num. 6.

Dispensatum autem ad unum ex his, dispensari etiam ad omnia, certum esto, cum Trull. lib. 3. in dec. cap. 1. dub. 2. num. 9. Lezana in summa. v. Ieiunium, n. 11. alii: quæ quia sunt in eodem genere, & pro uno, eodemque censantur; ut in simili diximus de diversitate carnium, modò n. 7.

20. Porro controversa est, an ejusmodi lacticia sint in jejuniis prohibita? Si loquamur de jejuniis infra annum, Vigiliarum nimirum, vel quatuor Temporum, probabile est non esse iure interdicta: quia, ut rectè advertit

Valquez p. 1. tom. 2. diff. 177. cap. 5. n. 54. Idemque
Reginaldus, Villalobos, Thom. Sanchez apud
Diam. p. 1. r. 9. ref. 41. id. præceptum nullibi appare.
Quid de consuetudine? In Hispaniis, & consequen-
ter ubi evulgatur Bulla Cruciatæ, consuetudinem absti-
nendi à lacticiis in prædictis jejuniis non adesse, me-
rito docet idem Valquez: quia, cum ibi major fidelium
pars abhinc quadraginta annis sumat Bullam, comedat
que lacticia, allegari non potest consuetudo contra
lacticia.

Dicescat si non fumerent Bullam, abstinere à lacti-
ciis. Audio, sed consuetudo non ex agendis, sed ex
abstinentiis confurgere legitime debet. Ita Ioan. Sanchez in sel.

21. In quibusdam locis extra Hispaniam, lego necesse
esse contra lacticia consuetudinem addunt tamen
non ignobiles Doctores, etiam si adesset, non obligare si-
cuti aliter ad mortale: ita Henricus, Villalob. uterque
Sanchez, Portella, alique apud Diam. part. 1. tract. 9.
ref. 41. & ref. 5. cap. 6. quibus adde Escobar. part. 3. de
jeiun. c. 3. quia non constat esse introductam scienter, &
quoniam se mortaliter obligandi, sed potius ex ignorantia,
quia crediderunt simpliciores, se esse à jure obligatos: ita
salas, alique apud Ioan. Sanchez d. 5. n. 19. si incerta
ergo est, & anceps obligatio prævalet contra illam fide-
lium libertatem, quæ est certa, nec ab ullo jure, ut videtur,
legata: cum in dubio lex non sit censenda obligare, ex
Sancio lib. 7. de legibus cap. 1. n. 13. Castro Palao tom. 2.
d. 4. p. 4. n. 17. Merolla tom. 3. c. 3. d. 2. n. 3. & aliis.

22. Si verò loquamur de jejuniis Quadragesimæ,
quæ sunt solemniora, & strictiora, major est, & con-
terior difficultas: Nihilominus, quod neque pro
quadragesima addit in jure, solum rigorosa prohibitio,
sed nonnulli probant. Ita ragund. præc. Eccles. 4. lib. 1.
cap. 1. n. 11. in editione Lugdun. anno 1632. afferens Do-
ctores Comibitenses, Eboracenses Saluaticenses,
quia in jure, ubi est de quadragesima locutio, solum sic
habetur: c. denique, dist. 4. Par. est, ut ab illis, quæ sementinam
in carnisibus originem trahunt (sic vocantur in jure lacti-
cia), abstinemus. Vbi Glossa: Par, id est, æquum, & ju-
stum. Lege Baronium tom. 8. art. 6. 22. Explicite autem
illud, par est, quasi sit sensus, par debere esse præceptum
de carnisibus, & lacticiis, est nimis negligere vocis la-
tine significationem; par enim est, significat æquum est,
conveniens est: non verò, par præceptum est. Dixi solum
quia alium textum de prohibitione lacticiis non in-
venies in jure, quidam enim alius, qui affertur ex Ca-
none 16. Trullano sex. Synodi, nullus est auctoritatis:
cum illos Canones ediderint petulantes, quidam Episco-
pi, nec omnino Catholici: ut constat ex eo, quod affe-
rant Ecclesiam Constantinopolitanam esse supra Roma-
nam. Azor p. 1. lib. 1. c. 16.

24. Sed quid de consuetudine obligante? Respondeo
cum nequaquam adesse, videntur probare modò dicta
num. 21. de consuetudine extra quadragesimam: æquè
enim utrumque persuadent.

Quid ego tandem sentiam, noli à me expectare, amice
Lector, donec clarioꝝ declaratio Summi Pontificis acce-
dat, vel finior usus fidelium alterutram sententiam au-
phicetur.

25. Ex eo, quod num. 20. dictum est, jejunia intra
annum admittere in jure lacticia, sequitur dispensa-
tionem ad lacticia, teneri ad jejunandum: quia cum in
jure sit jejunium cum lacticiis, poterit, atque adeo
debet illud servari, ad quod non se extendit dispen-
satio. Inde etiam inferitur, per jejunium cum iisdem ex-
hibitis posse quæpiam lucrari Iubilæum, uti etiam
faciunt Voto, & penitentia Sacramentali, nisi ex
circumstantiis contrarium coniciatur: Ita Azor, part. 1.
lib. 7. cap. 10. questio. 2. alique contra Navarrum conf. 5.
de observ. jejuniorum. Ratio est eadem, quia jejunium
Ecclesiasticum est.

26. Inquires: Dominice infra quadragesimum oc-
currere admittuntne usum lacticiis, more Vigi-

liatum intra annum, an vero repellant ad modum Feria-
rum ipsius quadragesimæ? Respondeo: ex communiore
sententia repellunt. Ita Dana p. 3. tract. 6. ref. 80. Trull.
lib. 3. in Decal. c. 1. dub. 3. Diana in summa, v. jejunium,
n. 3. Idem Sanchez in sel. d. 5. n. 25.

27. At per Bullam Cruciatæ, Sacerdotes Religiosos
securè posse in diebus Dominicis lacticia comedere,
puto: Ita Palatius, Corduba, Hunnus, Llamas, Villa-
lobos, Diana, Ludovicus à Cruce, quos citat, sequitur
que Pasqualicus de jejunio, dec. 73. num. 4. Ratio est, quia
in Bulla Latina, cum est locutio de Sacerdotibus, & Re-
ligiosis, signatè dicitur, eos non posse licitè comedere
lacticia in diebus jejuniis, At dies Dominici, dies jeju-
nij nequaquam sunt.

28. Dices: in Bulla vulgari, quæ solet publicari à
commisario Cruciatæ, non dicitur in diebus jejuniis, sed
in diebus quadragesimæ: at dies Dominici, de quibus lo-
quimur, dies sunt quadragesimæ. Respondeo: cum Com-
missarius minimè gaudeat facultate mutandi substantia-
lia Bullæ, credendum est, cum nomine dictum quadra-
gesimæ, quod ponit in Bulla vulgari, intelligere dies jeju-
niorum quadragesimæ: & quidem merito: nam dies Do-
minici sunt ultra dies quadragesimæ, qui dies propriè sunt
Quadragesimæ. Responso ipsius Pontificis, qui contra-
rium decrevisse à nonnullis apud Rodr. in Bulla Cruc.
§ 8. dub. 1. affertur, eodem eliditur modo, quo n. præc. dixi-
mus in simili, nimirum de ea responsione authenticè ne-
quaquam constare.

§. II. De unica comestione in die jejuniis.

1. Comestionem unicam esse de substantia jejuniis su-
pra diximus, unde num. 17. intulimus per tertiam,
quartamve, vel aliam comestionem non frangi jejunium,
quia jam fractum irreparabiliter fuit per secundam. Con-
trà, certum est frangi, si pluries eodem die cibis in para-
vitate materiæ ultra unicam refectonem sumatur; quia
ex pluribus parvis fit una notabilis comestio. Ita Merol-
la tom. 1. d. 2. c. 4. dub. 9. n. 215. & passim.

Lac, Ius, Vinum, Mustum, Cervisia, Aqua condita.

2. Vnicam comestionem diximus, non, unicam po-
tationem: hanc enim pluries in jejunio adhibere nullo
jure prohibetur, cum in die jejuniis prohibetur solum
nutritio, delectatio gulæ, ut provenientes ex cibo: non
verò ut ex potu procedentes. Ita S. Thom. 2. 2. q. 147.
art. 6. Azor, part. 1. lib. 7. cap. 10. quest. 7. Sanch. in consiliis
lib. 5. c. 1. dub. 23. n. 2. alique passim.

3. Verus autem potus in eo consistit, quod adhibea-
tur ad vehiculum cibi, seu alimenti, & verè talis sit: non
enim sufficit, quod tu ad talem finem assumas, nisi etiam
res ejusmodi sit; ut per se, & naturâ suâ adjuvet ad eli-
xandum, vehendumque alimentum, non verò sit alimen-
tum: sicut Gallina distillata potus esset, quia liquida, quia
sedat fortasse sitim, quia ad finem vehendi per venas ce-
te alimenta, à te posset assumi.

4. Hinc non licet intra diem jejuniis ebibere ac, vel
jus: sed licet bibere vinum, mustum, cervisiam, aquas
ex herbis, vel eodem vino distillatas. Ita Anton. de Leon.
in q. chocoletæ, p. 1. §. 1. etiam de manè, etiam ob solam
delectationem, etiam multoties in die, etiam in fraudem
jejuniis: quia illa in usu communi cibi sunt; hæc autem
etiam cum prædictis circumstantiis verè sunt potus. Ita
Laym. lib. 4. tr. 8. c. 1. n. 7. Sanch. l. c. n. 4. Dian. p. 1. tract. 9.
ref. 23. Lezzan. v. jejunium, n. 2. Pag. Eccles. præcept. 4. lib. 2.
c. 4. n. 14. in edit. Lugdun. anno 1632.

5. Idem puto de aqua saccharo, citro, gelsiminis,
anito, aromatibusve condita, eo modo, quo nostra
ætatè usui Proceribus sunt: tum quia modica est quanti-
tas sacchari, vel aliarum rerum, quæ in ea aqua internif-
centur: tum quia illa apponuntur per modum medicinae,
ne sola aqua stomacho noceat: tum præcipue, quia
assumuntur in veram potationem, & in verum alimentum.

vehiculum, & vere tales sunt: non vero in comestione vel per se in nutritionem.

6. Contrarius videtur Sanchez in *conf. lib. c. 1. dub. 23. m.* sed fortasse loquitur in casu, quo ita interpretatur magna quantitas substantialis, cibis extrahantur à natura potionis.

Sapa, Acetum, Oleum, & similia Condimenta

Præciscendo à parvitate materiae, quæ semper in his usu venire solet, hæc ex se jejunium frangunt. Id quod certum omnino sit, quia non ad potum, sed ad cibum pertinent. Unde sit, ut si jentaculo v. p. pertinet illa adhibeas in die Jejunij, non quidem extra octo uncias, quibus constare illud posse dicimus *in se*: sed extra illas computari debeant, tibi enim sunt quoad substantiam: & ad modum item cibi assumuntur.

Vua, Mala Massilica, Medica, Aurea, Punica, & similia.

7. Ne idem de Vua sentias, quod de Vino; hæc enim frangit omnino jejunium, cum non sit potus, sed abusus, Dices, At Vua sumi potest ad sedandum, ut in perine ac potus. Rursus in illa nihil aliud continetur, quod nutriet, nisi ipse liquor inclusus in cortice, qui non est nisi Vinum, vel Mustum, à quo jejunium non violatur. Respondeo, esto sumatur ad sitim extinguendam, esto, nil aliud in illa contineatur, nisi ipse liquor, quod nostrum non est disputare esto, tu succum dumtaxat sugas, cætera ab ore propicias, satis est à nonis excluditur ex eo, quod, ut sic, assumatur: per veram comestione, & non in alimentum vehiculum, cum vinum, vel Mustum ab ipsa expressum, per veram & usalem potatione bibatur.

8. Quod dixi de Vua, de cæteris fructibus dictum volo v. g. de Malis Massilicis, Medicis, Aureis, Punicis, & c. Italianis *Limoni, Aranci, Orangi Granati*; eadem enim est, ac de Vuis ratio.

Cocholata.

9. Cocholata Indis, Hispanisque jam diu, Italis vero dudum valde familiaris, an sit vera potio, ac propterea in jejunio extra refectorem admitti possit; vulgaris est nostra ætate, ac celebris questio.

Puto non esse veram potionem, sed cibum, atque adeo frangere jejunium: Ita Anton. de Leone in *rudimenta de cocholata per totam*, Trull. lib. 3. in *dec. cap. 2. dub. 2. n. 15*. Diana p. 4. tract. 4. ref. 194. & clarius p. 9. tr. 5. ref. 11. Ioannes Cardines Medicus apud eundem de Leone in *advertentiis*, cap. 9. Ratio ut mihi videtur efficax, sic formatur, discernendo, quibusnam animantibus uti in jejunio liceat, rursus quænam vera sit potio, quæ comestio? Diximus in Superioribus attendendam esse usum, estimationemque communem; non quidem solam, sed ira fundatam, ut non declinet à fine, & intentione Ecclesiæ jejunium præcipientis: At cocholata fini Ecclesiæ jejunij præcipientis omnino adversatur; ergo & c. Minor probatur, quia finis Ecclesiæ est prohibere extra unicam refectorem, cibos ex se nutritivos, solumque concedere veram potum distributioni alimenti servientem: at Cocholata componitur ex cibis multum substantialibus, & nutritivis, nec per se ordinatis ad vehendum, distribuendumque per venas alimentum; nam propterea manet, & sero jejunio ventriculo sumi consuevit; ergo, & c. loc. cit. de Leone, & Cardines.

10. Semel ego Virum nobilem mihi familiaritate conjunctum convesci manet diluculo, cum eo negotia quædam collaturus. Cumque primo ipso ingressu observasse ejus vultum insolenti pallore suffusum, macilentum, cadaverique per similem; interrogavi, ut sit, de ejus valetudine. Is, infirmè satis se habere subterfusa voce, respondit, meque peramanter rogavit, ut post mediam horam reverterem. Parui, jvi, redi. Mirum! adverti ejus faciem pristino coloris restitutam, oculos hilares, vocem validam: ex morte in vitam jam rediisse non gratis dixisses, Quare me cohibe-

re non potui, quominus exclamarem. Deo, superisque sint gratiæ! Bene, inquit, optime salere gratias Dominatorem vestram! Vndenam tam scibita ac tanta virium refectio? Subridens respondit amicus: Ne mirere, Pater amantissimi, modò enim Cocholata potionem assumpsi, quæ miraculi instar colore, vires, vitam ferè in instanti mihi parere consuevit: Deus immortalis! Hanc meram potionem, non verò validam comestione, Jejunij fini ex diametro oppositam appellaveris?

11. Anton. de Leone l. c. p. 3. n. 20. & parvitate materiae excusat à mortali adhibentem mediam unciam Cocholata, & Escobar l. 1. exam. 3. c. 3. unam unciam cum sufficienti aqua. Id mihi propter duas rationes nequam aridet. Primum, quia ad generalem quæstionem de omnibus cibis in modica quantitate sumptis, hoc modo præsentem difficultatem extorques. Secundò, quia ad dignoscendum, an res modica in aliqua materia, semper est recurrendum ad finem prohibitionis, ut *sup. lib. 1. cap. 1. §. 3.* fuge docuimus: at certè media uncia Cocholata, valde nocet fini intento ab Ecclesiâ in jejunio; siquidem media ejusmodi potionis uncia multum, ac valde vitiat, & ut audio plusquam sex uncie alterius cibi valde nutritis; ergo minus rectè hac in re parvitem diametris: Posses ad eundem modum unam, vel alteram unciam ex vigillis ovorum cum modicissimo sacchari, frustulo aquæ ebullientis immiscere, (nam sic pulchrum non ingratis palato confablis) illamque sive mortali absorbere interdum, cum jejunas, quia Bulla Cruciatæ gaudes, quantum ad qualitatem ovorum, & quantum ad quantitatem, nil, nisi modicum comedi: cum enim ova non sint perinde nutritiva: ac Cocholata, videbitur sibi esse parvitas materiae, una, vel altera eorum uncia: sique item posses magnum piscem in parvam portionem distillatum suscinere, & similia. Apagæ hæc siquidem in ordine ad finem nutriendi, modica illa nequam sunt, sed notabilia satis.

12. Pro Cocholata, quasi jejunium non frangat, afferuntur ab aliquibus, Turrianus, in *summa*, p. 1. c. 556. dub. 24. Encl. 4. & 7. Lezana. v. Jejunium, n. 2. Diana p. 4. tr. 4. ref. 194. & part. 5. tr. 5. ref. 11. Sed Turrianus loquitur de pura Cocholata, quæ jam mista cum aliis cibis ad nos semper adducitur; & ad parvitem materiae videtur se reducere. Ita Anton. de Leone in *diff. c. Lezana* clarè sentit nobiscum: solum affert, sed non reprobatur contrariam: Diana satis dubitative loquitur in quarta parte: quosque nominat Theologos pro Cocholata, nominat tantummodo ex auditu alterius: & in quinta parte, re melius fortasse perpensa, stat manifestè pronontr sententiam: Vnde in venio Escobar. in *sum. tr. 1. exam. 13. cap. 5.* qui etiam ad parvitem confugere videtur: sic enim habet: Aliquando dixi pro potu haberi Cocholatam: at magis auctoritati inhaerens, quam rationi, Porum esse assero: sed non uti condit abusus, sed quemadmodum potio ab Indis in Hispaniam pervenit: Vnde Cocholata oris, aut lacte conditum, potus non est: sed cibus substantialissimus. Item hujusmodi potio admodum crassa, in notabili quantitate jejunium violat. Verum Cocholata liquidum adeo, ut unica potioni uncia una adhibeat saccharo necessario; potus est, & absque scrupulo assumi potest. Hæc ille, ubi notat primo illuc (in *ad Indis in Hispaniam pervenit*) unde igitur tibi fides, an tua Cocholata sit pura, an mista? Secundò, nec unam unciam Cocholatæ esse admittendam, jam modò numero præcedenti dictum est.

13. Quæ hæcenus de Cocholata disputavi, vera mihi videntur propter rationes intrinsecas: Cæterum, quia video viros pios, religiosos, ac doctos putare eam, prout in Hispania, & Romæ est nunc in usu, esse usalem potionem, nec violare jejunium; nolo (idque propter auctoritatem extrinsecam) hanc sententiam à probabilitatis, securitatisque finibus repellere. Enarravit mihi vir nostræ Societatis omni fide dignus, Eminentiissimum Joannem de Lugo, antequam ad sacram purpuram esset ascitus; dum scilicet Theologiam in Romano

Collegio proficeretur, ita faceret respondisse cui
Sacerdoti ab eo sciscitanti, an Chocholata Ieiunium
frangere: Qui cum usurpans, nequaquam frangere asse-
ringere contendit, qui ab ea se comineant: ego vero
inter usurpantes sum, ne utique Ieiunium violare pro-
miser: Hæc ille. Si ergo vir ad hoc doctus, ac pius, tantã
auctoritate præstans, sic discretis verbis edisserit; qua-
ritatione cum non probabilitur loqui, agere, vâlet quis
quam suspicari?

Post hæc scripta legi *Tractatum Thomæ Huradæ*, de
Ieiunio Chocholatorum, p. 2. mor. tract. 10. acriter defendentis, &
quidem eruditè, eam Ieiunium nequaquam frangere, &
aliquid, illum lege.

Arundines Mellitæ.

14. In pluribus nostræ Siciliæ campis Mellitæ arun-
dines educantur, ex quibus magno artificio, nec minori
lucro extrahi; congelarique Saccarum solet. Solent &
melles eas interdum per frutula cultro incisâs, recreatio-
nis gratiâ, quasi cupedias sugere, seu, ut verius loquar, den-
tibus mandere, & atterere, earumque succum palato gra-
tissimum, expulsi interim ab ore pargamentis, degultan-
do trahere: Nil vulgarius apud summos, & medios, infi-
mos, quare sæpe in disputationem quæta est quæstio, an
Ieiunium illæ dissolvant? Et dissolvere quidem, si in ma-
gna quantitate sugantur, conveniunt nostrates Theologi:
est enim ille succus maxime nutritivus, alisque non mo-
dico, cum sit ipsa lætari mera substantia: sed illud audi-
re, Bernardinum Piccinum Societ. Nostræ, quem Natu-
ra, & sancti Spiritus peculiaris gratia magnum hominem
fuit, & sapientem, cum casus ad conscientiam pertinen-
tes hic explicaret Panormi, doctissime, duarum ex his arun-
dibus tractum succum non esse contra Ieiunium, nisi
maximè parvitatem. Assentiri libet: hæc ratio esse possit,
quia humor, five ex parvis, five ex magnis duabus hisce
cibus in stomachum deglutitus, vix ad duas uncias per-
tingit: hanc autem quoad violandum Ieiunium esse in
communibus cibus quadragesimalibus parvitatem ma-
gnam, docet Turrianus in sum. p. 1. c. 256. d. 27. n. 2. & nos
infra videbimus.

Protrahitio Refectionis.

15. Si quis in unica sua comestione, quacunque ex
causa, infirmam unam, vel alteram horam, non frangit
Ieiunium: quia continuat eandem refectionem, quæ moraliter
unica tandem est. Ita Fagund. præc. Eccl. 4. lib. 1. c. 3. n. 5.
At si in aliquo solemnî convivio eam qui protrahit
in tempus, multum notabile, verbi gratia, à meridie
ad Vesperam usque, ut audio protrahit, etiam us-
que ad octiduum Ieiunium servabitur?

Respondeo. Dixit quidam, si id apud nos fiat, Ieiunium
nequaquam servari, servari autem, si fiat in Ecclesiis,
ubi id fieri consuevit: quia ab Ecclesia (ajebat) præcipitur
unica comestio secundum consuetudinem regionis; at
ibi tam producta comestio, unica est secundum morem
patris; non vero apud nos. Hæc distinctio non placet
omnibus: enim Ieiunium Ecclesiasticum non servatur;
quod Ecclesia unam in die comestionem præcipit:
ita autem longa refectio, multiplex virtute est, & multi-
plex comestioni verè æquivalere; unde nullo modo est
epta ad præceptum Ecclesiæ servandum. Tunc Ieiunium
esse celebrasse cum dices, qui diem totum, vel ejus ma-
ior partem in convivio, & computatione protraxit? Tu
quidem id dices, non ego.

Interruptio.

16. Me ad satietatem refeci. Quanto post tempore
plicato, v. g. linteolo, possum sine violatione Ieiunij ali-
quid addere meæ refectioni? vel quanto tempore ante
sondum, v. g. eodem explicato, possum aliquid prægu-
stare? Respondeo: quantum iudicio morali satis est, ne
interrumpatur unitas refectionis, hoc est, ne distrahatur
unica comestio ad constituendam secundam. Ita colligo
ex Sanchez in conf. lib. 5. c. 1. d. 24. n. 5. Quadrantem unum

cum dimidio, innui supra non afferre moralem interrup-
tionem, etiam si animo destinaveris nil amplius come-
dere; quia dum adhuc remanet unitas morales comestio-
nis, illam voluntatem mutare, culpa non est: Ratio, cur-
plus temporis admittendum non sit, ea est: quia secun-
dum moralem, communemque hominem existimatio-
nem in hoc casu, ubi nulla necessitas excusat; ea refe-
ctiones non erunt unica comestio, sed plures.

17. Sed quid, si propter aliquam causam v. g. propter
negotium aliquod, interrumpat quis comestionem, quan-
do nondum plena habita est refectio? Respondeo: Huic
propter dictam necessitatem aliquid longioris temporis
indulgerem: nempe horam: ita Sanchez ib. n. 1. alter Sanchez
duas horas concedit disp. 52. n. 4. quando animo redeundi
facta est interruptio; multo magis si animo redeundi in-
terruptio facta sit: hinc infert Thomas Sanchez ibid.
n. 2. & 3. Lectores ad mensam, immo ediat ante lectionem
aliquid comedere posse, ut item famulos, quando Domi-
no comedenti inserviunt: propter necessitatem enim re-
fectionem, quam post unam circiter horam perfecturi
sint. Simile quid licet Mercenariis, qui dum ad mensam
sedent, vocantur ad merces vendendas; hæc enim artis
necessitas facit, ut illæ complerent refectiones per horam
unius horæ, plus minus, interruptæ, animo præsertim re-
deundi, unicam moraliter constituent. Duas horas con-
cedit Sanchez, sed nimis id esse putat Escobar tract. 1.
exam. 13. de Ieiunio c. 3.

18. Audivi asserentem, posse refectionem propter ali-
quod negotium interrumpi à meridie etiam usque ad ves-
peras; illæ enim (ajebat) semiplenæ comestiones ununtur
per intentionem unicam volentis sed ad sibi d. Iam
refectionem redire: sed nimis id amplè dictum est: Cum
enim jam penè digesta sint alimenta sub meridiem as-
sumpta, nequit unicam refectionem vespertina refectio
constare cum meridiana. Illud igitur in hoc, & similibus
casibus attendendum est, an negotium sit magni momen-
ti, necne; & iterum, an notabili refectionis parte carveris;
si enim magna causa fuit, cur notabilem cœnæ partem
Vesperas rejeceris, Pia Mater Ecclesia non intendit te
sine sufficienti refectione diem transigere. Quod si mo-
dicum cœnæ reliquisti, cum parum pro nihilo reputetur;
non habes jus te iterum reficiendi: jam enim manè suf-
ficienter, quoad substantiam refectus es: si verò necessitas
interrumpendi notabilis non est, tibi imputabitur; non
enim debueras sine urgente necessitate refectionem disse-
rare. Fateor tamen posse evenire, ut peccaveris manè,
dum sine necessitate refectionem interrupisti cum ani-
mo comedendi sub noctem; non verò serò peccas come-
dendo; quia nimium poteris ita viribus destitui, ut re-
fectione proflus indigeas.

Hæc autem omnia iudicio prudentis viri, gravitatem
negotij, temporis distantiam, personæ vices, & similia
perpendentis potius, quam certâ regulâ definiti valent.
Ita Azor. p. 1. l. 7. c. 9. g. 1. Regin. 4. c. 14. n. 177. alique.

§. III. De Ieiunio, quod in Ieiuniis indulgere.

1. Quæ possunt de Vespertina refectione quaeriri, ad
tria reducuntur, ad ejus quantitatem, ad qualitatem,
ad tempus sumendi.

Quantitas.

Iam apud Recentiores opinio recepta nunc est, ad octo
circiter uncias pertinere eam posse, non quidem ex lege
scripta, sed ex consuetudine legitime introducta. Ita Fag.
lib. 2. de Eccl. pr. c. 4. n. 13. & 19. Suar. Dian. p. 1. tr. 9. ref. 1.
Ioan. Sanchez in sel. d. 52. n. 7.

Posse quartam partem solitæ cœnæ pro Ieiunio
comedere; ut si viginti uncias assumere in cœna soles,
possis assumere quinque, si quadraginta, decem, proba-
bilis est opinio. Ita Regin. tom. 1. lib. 4. cap. 14. dub. 10.
nn. 185. Laym. lib. 4. tr. 8. c. 1. n. 9. Filliuc. 2. 2. tr. 26. p. 2. c. 3.
q. 7. n. 33. sed quia communiter vix ad triginta duas un-
cias hominum cœna solet ascendere, ideo, qui concedunt
uncias

unicas octo absumi posse, quæ sunt quarta pars detracta duabus, non longè ab hac opinione videntur recedere; cecidit tamen: quia hæc uncias octo concedunt omnibus, sive ampla, sive modica æna utentibus, sive robustis, sive valetudinariis, sive iis octo cibus famis proflus extinguatur, sive nequaquam, quæ prudenter inductum pro praxi est, scilicet scrupulis pateret, paulo religiosioribus via.

Dixi autem (octo circiter uncias) nam parum excedere addendo unam vel alteram unciam supra prædictas octo, esset, ex nonnullorum sententia parvitas materia, nec peccatum mortale constituens. Ita Pell. Leander, ex Turriano apud Dianam *part. 9. tract. 6. res. 15. 15.*

2. Petes. Potestne licitè quis panem in quantitate debita, vel ciceres, fabas, similemque materiam coquere in aqua, vel alio liquore, illamque totam pro jentaculo assumere? Respondeo: non posse docet Fillucius *tom. 2. tract. 27. p. 2. cap. 2. num. 31.* quia sic liquor ille non recipiet amplius rationem potus, sed propter coctionem ex illo, & materia solida, fit unus cibus solidus, & quidem excedens concessam jentaculi quantitatem. Posse probabiliter censet Bon. *sect. 4. de Iubil. casu. 18. n. 128.* quia in substantia ille liquor super remanet liquor, & vehiculum alimenti, nihilque addit ad substantiam nutritionis, illaque coctio solum reddit cibum magis stomacho convenientem, & nil præterea. Quare sicut panis in vinum infusus extumescit quidem, sed non fit major in substantia, unde nec Fideles timent concessam quantitatem panis sic pro jentaculo absumere; ita in casu nostro, &c. His in prima editione evulgatis, volens quidam, & per familiaris id in praxim deducere, panis uncias ad lancem octo, in aquam infudit, elixavitque. Coctione autem facta, bilancem iterum admovit, compertitque augmentum valde excedens, hoc est, usque ad triginta fere uncias, pulcem illam accendisse. Bonam ergo partem eius cum simpliciter æque illa fere ad satietatem refectum esse, sentit, sive noluit, sive non valuit ad id, quod reliquum erat comedendum, procedere, dicebatque deinde amici: *lentarene hoc est, an plene canare?* Certe Fillucius, & qui eum sequitur Pasqualigus, de jejuniis decisione 106. dum illam sententiam proferebant, rem experti non erant. Hæc ille. Quare ejusmodi opinionem vocare probabilem nequaquam audeo. Non, quia putem aquam illam augmenti causam, in aliquo commutari per ignem, sed quia non potuit consuetudo, unde totum jentaculi jus habentur, introducere, ut tantam pulcem pro jentaculo absumeres, quanta fere sufficeret, si non ad plenè nutriendum, certè ad plenè satiandum. Introducere verò potuit, biscorum, panemque in aquam, vel vinum, dum actu te reficis, infusa (id, quod parvam mutationem affert) comedere.

Huc, quando agimus de quantitate jentaculi, reduci potest quantitas, quæ in die jejuniis sumpta, judicanda sit parva materia; Hanc igitur, vel esse unam, vel alteram unciam ex nonnullorum sententia dixi; nunc constano ex mea, quia tam parva quantitas cibi Quadragesimalis (nam de carne mox non nocet notabiliter jejuniis).

Addit Bauci, in *select. g. 241.* & Henriquez, unum ovum, aut parum orizæ cum lacte, vel frustum casei esse parvam materiam, assumantque tum, propter hanc parvitatem, tum propter paupertatem, posse concedi ostiatim mendicantibus, quando aliaj non habent, ut ea comedant in die verito. Hæc ex Bauci. Verum Henriquez *l. 2. c. 13. n. 9.* propter paupertatem ea concedit, non propter parvitatem. id autem probabile est, quia aliud non habenti parum obsonij videtur esse prædicta quantitas talis cibi, at propter parvitatem, nec unum ovum posse concedi, ex mox dicendis *n. 3.* colligitur: verba autem Henriquez hæc sunt: *Habet enim paupertas multa Privilegia, & unum ovum parum orizæ cum lacte, vel frustum casei est in his parva materia.* Nota illud in his.

Sed quid de parvitate in esu carnis? Respondeo. Cum hæc sit majoris nutrimenti, quam leviores cibi Quadragesimales, & pro illa addit aliud præceptum, de ea non

comedenda tempore jejuniis, parva ejus quantitas judicatur ab Alphonsio de Leone, & Dian. citati à Pasqualig. mox citandos quasi sumer, solent coqui, ac Pinctæ ad præguandos cibos (qui certè ne venialiter quidem peccant; quando ob necessitatem famulatus, & sui minister id præstare.) Pasqualigus autem, de jejuniis *decis. 49.* quem refert, nec refert Banci in *sing. cas. 287. vers. Pet. d. 12. c. 10.* ait, in esu carnis dimidium circiter unciam esse parvitatem materiam.

Quoniam igitur volui ego expendere quanti ponderis esset ovum unum, atque inveniri illud mediocrius multitudinis, & deducto cortice, tum aqua coctum, seu exatatum, tum crudum, tum sartagine frictum, duarum unciarum pondus attrigisse, ideo fit, ut quarta pars ovi, vel æqualis illi carnis portio sit in hac re nostra materia parvas judicanda.

Qualitas.

3. Hic certant Theologorum arbitria. Breviter, Dico præterea: de cibis communibus quadragesimalibus, herbis nimirum, sive crudis, sive elixatis; piscibus, sive parvis, sive magnis, sale coctis; fructibus, sive recentibus, sive siccis, dulciariis, pulvis, quas Ministras appellamus, & amygdalarum, & citreorum, ex leguminibus, & similibus: ea accipi possunt pro jentaculo, quæ cuilibet arident, modo constatum ex panis, ut sit, & ex prædictis, quod accipiant, non excedat uncias octo. Colligitur ex Bon. *l. 2. disp. ult. de præ. Eccl. g. 1. p. 3. n. 3.* & sic Cajet in *summa, 2. a. 3. fin.* Bizot. *p. 4. summa, de 3. præ. dec. c. ult. mem. 2. a. 3.* plures apud Dian. *p. 9. t. 6. res. 8.* Ratio hujus dicti est, quia, licet jentaculum ex consuetudine sit introductum, & panem non accipiant nisi cibi leviores ex prædictis, quales sunt fructus, dulciaria, &c. tamen non est certum esse introductam absolute consuetudinem de sumendo jentaculo, sub hac restricta necessitate, ut non possint nisi tales, vel tales cibi jejuniis assumi: Ergo nec nos astrigere sub peccato debemus. Certum etiam est jentaculo posse nos frui; incertum, an tales cibi substantiales sint exclusi: ergo prævalet libertas valendi illa assumere.

4. Dico secundò: in diebus jejuniis, in quibus supra diximus posse ex Bulla Cfugiare, vel ex aliquo capite comedij lacticia, probabiliter posse ea assumi pro jentaculo, (exceptis ovibus, de quibus postea) in modica prædicta quantitate; ita scilicet, ut juncto proportionato pane, octo unciarum fines non transiliantur: Ita Laym. *lib. 4. tr. 8. c. n. 9.* Turr. in *summa, p. 1. c. 256. dub. 37. concl. 3.* & plures apud Dian. *loc. cit.* Ratio est, quia ex una parte per Bullam, vel aliud caput licet tunc Fideles iis lacticiis, caseo, lacte, butyro vesci: & ex alia, non appareat unde ea certò prohibeantur pro refectuiuncula vespertina: ut modò de quadragesimalibus cibis dictum est ergo, &c.

Adde si ij, qui strictissime de jentaculo loquuntur, concedunt posse in eo assumi ea, quæ apponi pro secundis mensis solent, fructus, dulciaria, &c. cur non poterit caseus, qui communiter in secundis mensis adhiberi consuevit? At est anagnæ nutritionis. Respondeo non ita: ut mox dicam, cum de ovibus, de quibus jam subijcio.

5. Dico tertio: pro jentaculo ova adhiberi non licet: Ita Sanch. *lib. 5. conf. c. 1. dub. 25. n. 4.* Fill. *t. 2. tr. 27. p. 2. c. 1. dub. 6. n. 30.* Diana *p. 1. tr. 9. res. 1. & p. 4. res. 117.* Ratio est, quia sunt maxime substantia, & nutritionis, atque adeo ex diametro jejuniis opposita; ut vix unquam invenias, qui videns Fidelem vespere ova comedentem, judicet eum jejulare.

Non sic de caseo, cæterisque lacticiis; quæ certè, ut omnes fatentur, minus sunt nutritiva, & nullo modo ovibus familia: nam propterea viribus ob debilitatem destitutus, vitellos propinant Medici: non verò alterius generis lacticia.

Instas, licet ova sint valde nutritiva, tamen in jure pro aliquibus saltem jejuniis, conceduntur, ut supra vidimus: ergo unde habetur, quod pro eorundem jejuniarum jentaculis prohibeantur? Respondeo, habetur ex hac ipsa eorum vi nutritiva: si enim ea concedantur in refectio-

summo mane: ita Laym. *ibid.* n. 10. Fill. l. c. 5. n. 72. Bon. l. c. n. 3. Lezz. v. *Jejunium*, n. 5. Toll. lib. 6. c. 2. n. 5. quia contra nulum p. æ ptum delinquitur, & corpus toto integro die non comedendo, æque, ne dicam plus, maceratur. Ajo denique, cum dispensatione, vel aliqua causa, ne veniale quidem esse, sine illis culpanis, ita tammodo venialem. Ita iidem, quia est aliqua deordinatio tam citò ad prandium accurrere, quando ceteri se continent, à qua liberat dispensatio (vel causa).

3. Pro iis autem, quos iuvat putare meridiem esse horam se reficiendi statutam sub mortali; nota posse eos prandere unà horā circiter ante meridiem in hyeme. Ita Ioan. Sanch. d. 5. n. 1. Trull. in dec. lib. 3. c. 2. d. 4. n. 2. fin. & duabus in æstate: Ita Bossius *scilicet* 4. de *Iubileo* c. 18. n. 100. Ratio est, quia una hora ante, vel post punctum præcisum meridiei hyemalis, & duæ ante æstivum, quando longior est dies, potest hac in re merides moraliter haberi. Hinc quoniam mendicantes, quinque eorum privilegia participant, gaudent privilegio anticipandi refectioem jejuniij per horam. Ita Comp. *prim. Soc. Iesu*, v. ideo poterunt hi prandere duabus horis hyeme, tribus æstate ante meridiem Solaris horologii; nam unam, vel alteram dat moralitas meridiei, reliqua Pontificis concessio. Et quia multi probabiter concedunt, comedere semihora ante statutum, vel concessum tempus, etiam sine ea fa. no. esse notabilem culpam, quia parum pro nihilo reputatur. Ita Diana p. 5. n. 5. ref. 10. & p. 1. n. 9. ref. 27. Fil. *tr.* 27. p. 2. c. 4. n. 73. idcirco hyeme poterunt hi duabus horis cum dimidia, æstate tribus cum dimidia ante Solarem meridiem mensæ accumbere; & quidem ex causa studij, itineris, negotij, &c. etiam sine veniali. Atque hæc quantum jejunantibus faveant, etiam in opinione illa rigorosa jam vides.

4. Illud denique hic proprium sibi vendicat locum. An in Quadragesima liceat ante recitatas Vesperas comedere? Prescribitur enim in *Missali Rom.* in rubr. ser. 4. cin. Vesperas eo tempore esse recitandas ante comestionem, Respondeo licere, siue iis, qui in Choro Vesperas persolvunt, siue iis, qui extra chorū. Ita Medina c. de *jejunio*, q. 2. fin. Cajet. in *summ. v. Jejunium* §. hora competens. Navar. c. 21. *Manual*. n. 27. Fagund. *præc.* Eccl. 4. lib. 1. c. 13. n. 9. Regin. lib. 4. c. 13. n. 159. Ratio est, quia horæ Canonice non habent hanc connexionem necessariam cum jejunio: solum ita congruenter servari disponitur (non jam jubetur) per Rubricas, ne Vesperinum Officium differatur, si decantandum sit post cenam jejuniij, quæ valde serò faciendā supponitur in Quadragesima; Imò, quia apud nos jam inolevit usus comedendi circa Meridiem opportunius esse post meridiem, atque adeo post comestionem, sua scilicet congruenti hora, Vesperas recitare. Cum Romæ Sacerdotio ego initiatus recenter fuisset, operante Rubricis ediscendis de more darem, narrabat quidam ex meis sodalibus Robertum Bellarminum Sapientissimum, æquè, Sanctissimum Cardinalem solitum dicere, congruentius esse nostra hac tempestate Vesperas Quadragesimales recitare post prandium, quam antea: Nam apud maiores nostros (dicebat prudentissimus vir) ideo Vesperas recitabantur ante refectioem, quia refectio præstarebatur ad horas Vespertinas, & in Quadragesima quidem longè post Nonam. c. solent, de consecr. distinct. 1. at nunc si jam à statuta hora est cena dejecta, & in prandium mutata ascendit ad Meridiem, ne, quæso, per novam licentiam deiciatur hora recitationis Officij Vespertini, contra debitum ritum ad tempus ante meridiem transmittatur. Hæc Bellarminus.

§. V. Quædam de obligatione Jejunij, ubi:

De media nocte, qua ratione hic intelligenda.

1. Rangere jejunium etiam unius tantum diei, semper existimatum esse mortale peccatum, communis docet Theologorum sententia. Ita Valq. p. 2. q. 72. art. 6. *disput.* 1. *quest.* 8. n. 8. Suarez 3. p. *præc.* 4. d. 22. *scilicet* 4. n. 22. Sanchez lib. 9. de *matr.* d. 15. n. 6. &c. non au-

tem esse culpam duplicem, sed unam contra Temperantiam, cum præceptum Ecclesiæ jejunium constituitur in materia Temperantia, docet iidem. Nisi forte ex intentione inobediendi, vel ex contemptu Superioris non jejunet: tunc enim non est mirum, si superaddatur alia species peccati, ut ex se patet.

2. Porro circa obligationem jejunandi notanda sunt sequentia. Primum: si pluries comedas Quadragesimalia de jejunij, solum in secunda plena refectioe peccas; Ita Th. Sanch. lib. 5. in dec. c. 1. n. 42. alter Sanch. d. 5. n. 42. at si carnes, toties, quoties, ut supra dictum est, sitis.

3. Secundò: Qui initio Quadragesimæ statuit nancquam in illa jejunare, unum numero, sed gravius, nempe æquivalens multipli ommissioni, peccatum committit. At executione tenet peccat, quoties diem jejuniij frangit, vel quoties carne vescitur: quæ cur ita sint, & qua ratione in Confessione aperienda, ex à nobis dictis in *opus. exp. conf.* lib. 2. facile colliger.

4. Tertio: Jejunandum esse ex præcepto Ecclesiæ in Quadragesima, in Vigiliis, in Quatuor Temporibus, & in omnibus diebus fortè in Diceceli ab Episcopo decretis.

5. Quarto: Qui jejunium solvit obligatus ex duplici Ecclesiæ præcepto v.g. Vigilia, & Quatuor Temporibus, vel Vigilia, & Quadragesimæ, &c. unum numero peccatum committit: quia utrumque obligat ex eadem Temporalitate. Ita Valquez p. 2. q. 72. art. 6. d. 98. n. 8. Suarez 3. p. 4. *scilicet* 2. n. 22. Sanch. lib. 9. de *matr.* d. 25. n. 6. alique. At qui solvit jejunium, v.g. Vigilia, quod is fortè voverat, vel illi ex professione suæ Religionis impositum erat, displicet, specio peccati peccat. Ita Sanchez *ibid.* Valquez *ibid.* 9. quia tunc, adversus Temperantiam atque adversus Religionem agit.

6. Quintò: Jejunium Ecclesiasticum incipit à media nocte in noctem mediam subsequenter. Ita Sylvest. 2. *Jun.* n. 18. Azor. p. 1. lib. 5. cap. 15. *quest.* 6. & passim. Quoniam verò diximus supra, §. 4. n. 3. Meridiem in hac jejunij materia moraliter esse sumendum, atque adeo comprehendere mediam circiter horam inter ipsum punctum meridiei Mathematicum, & mediam postea quaerimus, an idem dicendum sit de media nocte.

7. Certe in jejunio naturali requisito ad sumendum Eucharistiam, Mathematicè sumendum pro comperto habeo: is est enim opmum Fidelium sensus, ut ex illis dictis colligi potest: At in Ecclesiastico; tantus requirendus rigor non est. Ut clarius evadat solutio, fac in Equinoctio, in quo media nox incidit in horam sextam Italianam noctis, adesse obligatione jejuniij ita, ut die sequenti si jejunandum; præcedenti verò: præcesserit dies liber à jejunio. Nam inquiri, media hora post sextam noctis, licetne possum carnes comedere? Si Mathematicè media nox est in materia jejuniij accipiendā, non possum, ut ex se patet: si verò moraliter, possum; quia media hora post sextam pertinet ad mediam noctem mortalem, atque adeo ad diem præcedentem liberum à jejunio: quare cum morali modo datum sit ab Ecclesiā hoc præceptum, ut cætera similia dari solent: consequenter sit, ut tunc licet carnes comedantur, cum nondum pertransierit media nox moraliter sumpta.

8. Dico tamen primò: si quis non multum attendens ad sciendum, utrum in hoc puncto sit media nox, necne; verum humano modo procedes non curet exactè id more mathematico, sed solum moraliter cognoscere; comedatque carnes circiter illud tempus; non peccat quamvis revera fuerit hora sexta cum dimidia noctis. Ratio est modò insinuata, quia præcepta hæc non tam rigorosa, morali modo sunt intelligenda, ne Fideles cogantur tam subiles apices à communi procedendi modo alienos investigare.

9. Dico secundò: Si quis sciat, vel facile ex horologii, seu aliunde scire potest, punctum noctis mediam Mathematicam: secundum illud debet se gerere, nec post illud, ne per minutum quidem in casu proposito potest carnes comedere. Ita Ioan. Sanchez *disput.* 4. n. 20. inquit

invitare, nonquidem animo, sicuti dictum est, ut hospites oblata acceptent, atque completè cœnent; sed animo, ut sua hospitibus liberalitas appareat, amicitieque signa videant amici: nullo autè modo potest cogere, ut comedant. Ita Dian. p. 1. r. 9. ref. 38. alique ab eodem citati & rursus, latè p. 5. r. 7. ref. 7. ex Hurtado, Ratio priori dicti est, quia ea obligatio; & invitatio eodem modo tunc se habet, ac modò dicta subministratio, & prolatio ciborum, apparet enim clarè esse merum urbanitatis signum: & ex alia parte ex se opus indifferens, cum invitentur amici ad comestionem, quæ sit merum jentaculum; non ad omnia devoranda. Ratio posterioris dicti est, quia si urgeret absolute (nam urgere expressè ad solum jentaculum, non esset, ex ullo capite culpa) urgeret ad actionem hanc, & nunc moraliter peccaminosam.

12. Diximus quartò, lacticia etiam posse ministrare, eaque offerre hic, ubi viget usus Bullæ Cruciatæ. Ita Sanchez l. 5. conf. c. 1. d. 16. n. 3. Ratio est, quia sensus offerentis semper intelligitur conditionatus, ut scilicet ea qui comedat, si licitè potest. Quid si certò sciatur accumbens carere Bulla, & tamen sine necessitate ea manducaturus; Sanchez ibi docet non posse, quando est dubium an accubentes habeant Bullam; unde sequitur multò minùs posse, quando est certum. Sed profectò, si sit dubium, potest; quia in dubio nemo est judicandus immemor esse suæ salutis; at si sit certum, non poterit, nisi iusta, ac proportionata urgeat causa: quia tunc sine causa excusante esse offendiculo ipsi proximo ad illud peccatum, quod facillè removerè posses: facillè enim posses, si causa nulla te ad ea ministranda cogeret.

13. Diximus quintò, si invitans commodè potest, ut, si nec inurbanitatem sibi exprobandam, nec aliud malum timeat, multò magis si speret futurum, ut sua monitione invitati ab illa peccaminosa refectione se retrahant, obligari ex Charitate ostendere se ex parte sua eos cibos præparasse quidem, obtulisse, ad eosdemque invitasse: ceterum vellet quisque suæ conscientie consulat. Ratio est, quia tunc Charitas dictat, ut quia facillè potest peccato proximi occurratur.

14. Diximus denique sex ad uberiorem doctrinam, Patrem hunc familiam nullo modo carnes parare, ministrare, vel ad eas invitare accumbentes posse: Ita Laym. Less. mox. cit. quia tunc (ut supponimus) peccarent invitati eas comedendo; quare sine ulla causa; neque enim ratio hospitij causam dat, ut diebus jejuniij carnes apponantur cooperaretur Paterfamilias ejusmodi peccato. Non sic accidit cauponi, inter hæreticos, & Catholicos degenti; à suo enim officio fortasse in quibusdam casibus excusabitur, ministrando simul carnes, & cibos quadragesimales tempore jejuniij: de qua re vide Laym. lib. 2. r. 3. c. 13. n. 5. Less. lib. 4. c. 2. n. 23. Filliuc. tr. 27. p. 2. c. 5. n. 92. Castro Pal. in 2. disp. 6. de charitate, p. 14. & nos infra, lib. 5. c. 1. §. 3.

§. VII. De excusationibus à jejuniis.

Causæ excusantes à jejuniis multiplices sunt; quæ Cordinis, & charitatis gratiâ, operæpretium erit distinctè percurrere.

Ætas.

1. Qui vigesimum primum annum non complevit, ex S. Th. 2. 2. q. 147. art. 4. ad 2. & passim DD. & qui sexagesimum annum attigit, quamvis nondum illum compleverit, excusatur à jejuniis. Ita Ioan. Sanch. d. 54. n. 10. Trull. lib. 3. in dec. c. 2. d. 4. n. 3. ille propter adolescendi necessitatem, hic propter vites (licet robustæ aliàs appareant) jam senio declinantes. Qui anceps est de sua ætate, quid faciet, diximus sup. lib. 1. c. 1. §. 7. verb. Ætas.

2. Porro, quoad hæc, Dubitabis primò, si quis in prima hora mediæ noctis hoc die, quo jejunandum est, compleat annum vigesimum primum, obligandusne erit ad jejunandum hoc eodem die?

Respondeo, si compleat ex eo, quod ipse natus sit in

ipsa mediâ nocte, ita ut privata jam dicta fuerit terminus extrinsecus sui natalis, obligabitur: quia tunc natus dies, cuius initium dat hæc prima hora, pertinet ad annum vigesimum secundum talis ætatis, quo urget jejunandi præceptum. At si compleat ex eo, quod natus sit ipsa prima hora mediæ noctis, ita ut dicta prima hora terminus intrinsecus ortus sui, non obligatur. Ita Io. Sanch. l. 3. n. 4. Dian. p. 1. r. 9. ref. 49. Bonac. c. vult. de præ. Eccl. p. vlt. n. 7. quia tunc illa prima hora pertinet ad complementum intrinsecus anni vigesimi primi, in quo tota atque aded etiam in hoc complemento habet adolescenti ille jus comedendi; Cum igitur possit hac hora comedere, & deinde non sit fraudandus communi refectione, quæ conceditur in jejuniis, bis legitime comedit plenè adeoque, ut ex dictis liquet, legitime jejuniis liberabitur. Atque hæc excusatio multò erit clarior, si annum vigesimum primum compleat horâ secundâ, post mediam noctem, tertiâ, quartâ, cæteris.

3. Simile quid præterea eveniet in senes: non enim obligabitur jejunare eo die, in cujus prima hora intrinsecè attingit annos sexaginta, ut ex dictis item patet.

4. Quod si quis compleat annum vigesimum primum post aliquot dies quadragesimæ, certè solum ad consequentia jejunia obligabitur: ut contrâ, si quis attingat annum sexagesimum post ejusdem aliquot dies, ad jejunia consequentia non obstringitur. Ita Sanch. lib. 5. conf. c. 1. d. 2. n. 8. Lezana v. jejuniis n. 6. alique. Ratio est, quia præceptum jejuniorum in diebus quadragesimæ divinum est; quare potest urgere uno die, & non alio.

5. Dubitabis secundò, estne probabile fecerim non obligari ad jejuniis, si pertingat ad annum ætatis quinquagesimum; Respondeo, mihi non videtur probabile: quia non invenio jus, nec consuetudinem, nec rationes hanc sententiam solidè confirmantes. Ita Fag. 4. Eccl. pr. l. 1. c. 8. n. 11. Layman. l. 4. c. 1. n. 2. Io. Sanch. d. 54. n. 1.

Quod enim dicunt feminas faciliùs senescere, non convincit: quia ex alia parte jejuniis, ut omnibus est compertum, non perinde ac homines, hoc est, non multum macerantur. Non inficior interim, si quæ debiliior notabiliter sit, posse excusari: verum non erit tunc ex ætate, sed ex mala valetudine dicta excusatio.

6. Dubitabis tertio, Religiosus, qui nondum explevit annum vigesimum primum, teneturne ad jejunia per suam regulam, mortaliter indicta; Respondeo: probabile est obligari: Ita Ioan. Sanch. d. 54. n. 3. Sà v. jejuniis n. 3. Thom. Sanch. in dec. lib. 4. c. 11. n. 56. Fag. pr. Eccl. l. 1. c. 8. n. 6. quia aliud est vinculum Religionis, quo tenetur dictis Religiosis ex vi regulæ; aliud Temperantiæ ex vi præcepti Ecclesiastici: Non igitur si uno non astringatur, ab alio liberabitur: cum non valeat illatio quæ à diversis. Sed notabile est etiam non obligari. Ita Afsan. Tamb. tom. 2. de jure Abb. d. 12. q. 2. n. 4. id. ult. edit. Med. l. 1. sum. c. 4. §. 10. Graff. l. 1. p. 1. c. 37. num. 42. apud Ioann. Sanch. l. c. quia præsumi potest nullam regulam velle sub mortali urgere cum ad jejunandum, quem Ecclesia obligare non solet. Vtraque sententia tuta est, & excipi sine timore potest. Limita, nisi regula expressè, vel tacitè (quod ex verbis ipsius colligitur) includat etiam nos minores adolescentes: tunc enim ad jejunium hi ex vi voti à se emissi obligabuntur.

7. Quid, si regula præcipiat, ut à suis Religiosis serventur jejunia Ecclesiæ, tenebunturne Minores anno vigesimo primo, ex vi regulæ eadem Ecclesiastica jejunia custodire?

Respondeo, cum Ioan. Sanch. l. c. n. 2. Fag. l. c. n. 6. Diana p. 1. r. 9. ref. 16. si id præcipiat regula, solum, ut ita dicam, demonstrativè, tanquam id, quod de jure inest, hoc est, veluti memoriam revocet Ecclesiastica præcepta, nequaquam tenebuntur: quia hoc modo non additur nova religionis obligatio: sed pristina tantum recolligitur, pro iis, qui aliàs per ætatem obligantur, ac si id regula novo mandet præcepto, utique, ut ex se patet, tenebuntur.

8. Ex dictis colligo, an obligentur sexagenarii ad jejunia prædicta ex se sola regula obligantia? Dico enim probabili

probabile quidem est obligari; Ita Bordonus in conf. Re-
 10. Facit ad hoc argumentum Lectori non ingrata
 quæstioncula: Illustis quædam virgo exoravit à San-
 cto Pontifice Voti Castitatis dispensationem, ad Matri-
 monium cum pari adolescente contrahendum, imposi-
 tumque fuit in voti commutationem ieiunium in qua-
 litem sexta Feria, constante saltem Matrimonio, servap-
 litem: Annos produxit Mulier usque ad sexagesimum,
 & amplius, paucique fortuna vir; uterque tam validis
 viribus, ut adolescentiam agere videretur: quæstura
 fuit: An obliganda Mulier esset ad prosequenda in iuncta
 ieiunio ieiunia?

11. Fuerunt Theologorum, quibuscum ego quæstio-
 nem communiavi, divisæ sententiæ: Negabant non-
 nulli Primò, quia veluti Matrimonium constabat, ita
 constare iuxta Pontificis præscriptum debebat ieiunium:
 Secundo, quia incongruum esset eam mulierem gaudere
 voti dispensatione, castitatem non servando, & negli-
 gere opus loco Castitatis imposuit: Tertiò, quia subro-
 gatum sapit naturam rei, cui subrogatur: 1. c. de rei ux-
 oris actione, c. Eccl. 1. §. 2. ut lit. per. si ergo perpetuum
 votum, perpetuum esse debet & ieiunium Voto
 subrogatum: Quartò, quia eiusmodi ieiunij iniunctio vi-
 detur redire ad hanc conditionatam concessionem:
 Quando cum Matrimonio frui, tandiu exhibe ieiunium;
 non ergo reitit licet ieiunium, si adhuc eidem datur
 Matrimonio frui.

12. Concedebant alij Primò, propter illud fundamen-
 tum, quod modò attulimus, quia scilicet votum ieiunij
 non obligat, nisi iuxta mensuram præcepti Ecclesiæ, idem
 ergo propter paritatem rationem videtur esse in penitentiis
 à Confessore impositis, cum igitur ieiunium tali mulieri
 impositum, vel æquipolleat voto, vel penitentiæ, eas-
 dem conditiones participabit, atque adeò mensuram,
 tantumque habebit in anno sexagesimo: Secundo,
 non est præsumendum plus Pontificem velle obligare
 hanc feminam, quam obliget ipsemet Pontifex, prout
 est legislator universalis, obligatque subito ad ieiun-
 andum; sed ipse tunc non alitringit Fideles post an-
 num sexagesimum, ergo, &c. Tertiò, quia ratio funda-
 mentalis, cui sexagenarius etiam robustarum virum ad
 ieiunia non obligatur, est, quia tanta ætas ad debilita-
 tem vergit jam peto, si hæc mulier, quando erat junior
 in gravem morbum incidisset, nonne excusata fuisset à
 ieiunio? Vique, ut omnes fateamur: ergo & nunc
 excusabitur post sexagesimum annum, etiam si videatur
 esse robustæ valetudinis: Probat hæc consequentia,
 quia sexagenaria verè intrinsecè infirma est, cum ætas
 provecta iuxta illud: Senectus ipsa est morbus, magnis in-
 firmitatibus æquipolleat. Quartò, nunquam præsumi-
 tur esse præceptum obligans, nisi de obligatione con-
 stet: at dubium saltem est, an hæc obligatio urgeat præ-
 dictam Mulierem; ergo illam non obligat. Neque dicas
 prævalere præceptum, quod possidet: dico enim ego

prævalere libertatem, & exemptionem senectutis, quæ
 est certa; dubitari autem de præcepto, an scilicet hoc
 dictam statem comprehendat.

13. Ad rationes negantium respondere possum. Ad
 primam, præscriptum Pontificis (sic regulandum iuxta
 morem ipsiusmet Pontificis in legibus de ieiunio foren-
 sis; non ergo pro tempore tam provalere ætatis. Ad
 secundam, nego Mulierem negligere opus impositum:
 impositum enim ieiunium fuit solum pro tempore ante-
 cedente annum sexagesimum, nempe iuxta morem Ec-
 clesiæ. Ad tertiam (ut interim alias explanationes taceam)
 dico opus subrogatum debere sapere naturam rei, cui
 subrogatur, in favorem libris. Vide sup. 16. §. 4. n. 3. non
 verò in odiosis, & ex alia parte communis est Doctrina,
 posse vota perpetua in actiones temporales à Confessa-
 rio, nedum à Pontifice commutari. Ita Sanch. lib. 4. in dec.
 c. 46. n. 27. citans Lessium, & Suarium. Ad quartam, ne-
 gandum est conditionatam illam concessionem esse per-
 petuam; dico enim esse regulandam iuxta morem Ecclesiæ,
 pro tempore scilicet an ipsa consuetudo, usque ad annum
 sexagesimum. Ex his igitur vides, hanc sententiam esse
 intra probabilis terminos admittendam.

Infirmas.

14. Excusari à ieiunio notabiliter infirmos, ac valeti-
 dinarios, res est certa, nimis, etiam si in infirmitatem in-
 ciderint propria culpa. Ita DD. mox citandi. Idem dic de
 iis, quibus ieiunium infirmitatem parit notabilem, ut ca-
 pitis vertiginem, stomachi dolorem, &c. Ita Sag. pr. Eccl. 4.
 lib. 1. c. 8. n. 13. Trull. lib. 3. in dec. c. 2. d. 7. n. 4. Sanch. lib. 5.
 conf. c. d. 14. n. 10. idem de illo, qui ita stomacho debili
 friget, ut unicam plenam refecionem, quanta ad plenam
 nutritionem est necessaria, sumere non possit; is enim co-
 getur sumere duplicem, atque adeò legitime ieiunium
 violabit. Ita Sanch. ibid. n. 11. Idem de eo infirmo, cui fortè
 conducerent ad sanitatem ieiunia: Ita idem ibid. n. 2. tunc
 enim quia vere est infirmus, liberatur à præcepto ieiun-
 andi; esto, per accidens proficuum aliunde illi sit ieiun-
 nium. Vnde, si non jejunet, peccabit; peccabit enim con-
 tra Temperantiam, vel contra propriam Charitatem; non
 verò contra præceptum Ecclesiasticum ad jejunando.
 Idem de eo, qui noctu dormire per notabile tempus non
 potest, nisi cœnet, nimis enim esset onerosum sic ieiun-
 nare. Ita Sag. l. c. Ioan. Sach. d. 3. n. 13. Laym. lib. 4. c. 3.
 n. 1. Nec hunc obligo manè jentare, sèq; serò plenè
 reficere: quo pacto jam ieiunium factum rectum, ut ex
 supradictis patet, conservare: Non Obligo, inquam, licet
 id commodè facere queat: quia nemo in jejunando est
 obligandus ad extraordinaria remedia, & ad relinquend-
 dum suum jus comedendi circa meridiem. Sic. Th. Sanch.
 l. c. n. 10. Ioan. Sanch. l. c. Sag. l. c. n. 10. Idemque denique
 de eo, qui de nocte absque perfecta cœna calefieri nota-
 biliter nequit, Ita Sag. l. c. Thom. Sanch. l. c. n. 10. quia id
 non contemnendum sanitatis detrimentum iudicatur.

15. Addidi in prædictis casibus illud (notabiliter, vel
 notabile) quia notare volui, non quodlibet leve valeti-
 dinis detrimentum, quale est regulariter, v. g. duplex ha-
 bere cautemum, contra Ioan. Sanch. d. d. 14. n. 1. vel ex er-
 poraneus, & brevis, remissusque dolor capitis vel quid
 simile; sed verò graves, (licet fatear propter Ecclesiæ be-
 nignitatem, non necessariò gravissimum) debere esse
 illud, quod à præcepto jejunandi liberum hominem red-
 dat. Insupèr non est expectandum ipsum actuale detri-
 mentum; sufficit enim timor rationabilis de damno
 per jejunium inferendo: timor, inquam, non levis, sed ma-
 li notabilis, notabilis timor.

16. Verum enim ecce nodum non facile à scrupulo-
 fioribus dissolvendum; Equanam ratione huiusmodi
 gravitas est mensuranda? De gravitate timoris satis
 dixi, cum rationabilem eum debere esse dixi; & com-
 munitè conscientia ipsius jejunantis sufficit, quæ bona
 fide, sive ex experientia præterita, sive ex probabili
 ratione putat sibi graviter nociturum jejunium: Ita
 Ioan.

Ioan. Sanch. d. 5. l. n. 24. Idem nonnulli recte dicunt de ipso danno: credendum enim est ipsi jejunanti, qui bona fide sit persuaderi jejunium, sine gravi damno se tolerare non posse. Ita Sanch. l. 1. in dec. c. 17. n. 21. Suar. de leg. lib. 3. c. 24. fin. Sanch. d. 5. l. n. 14. aliique. Adhuc tamen fecimus scrupulofo satis, qui licet creator id iudicio prudentis esse dijudicandum, facilius enim uni jejunium officiet, quam alteri; tamen qua ratione id iudicium fieri cum facilitate possit; à nobis doceri expectat, habeat ergo regulam illam quam, ut expeditissimam Doctores cit. & passim, communiter hic asserunt.

17. Illa infirmitas, seu illud damnum salutis notabile est quod operationes ordinarias, cuilibet personae impeditur ita ut, qui consuetudo suo operandi modo eas exercere commodè cum jejunio nequeat: graviter ab illo offendi censendus sit: Hinc, si scolasticus ex jejunio capite doleat, vel quomodocunque cum difficultate studeat: Si mulier ex debilitate jejuni servitium domus incommodè operetur: Si vir quilibet suum officium, artemque jejunando difficile exerceat, & similia, ex hoc capite damni à jejunio legitime excusabuntur. Nutrientes, praequantalesque huc reducuntur. Ita Cajet. in sum. v. jejunium. cap. 3. Azor. t. 1. lib. 7. cap. 17. q. 6. Sanch. lib. 5. conf. c. 1. dub. 14. n. 12. De an. p. 1. tr. 9. ref. 14. propter salutem enim sive infantis, sive suam, jejunio communiter excusantur: carnes autem tunc solum comedere iis conceditur quando sic complexio, & necessitas earum, vel infantium exposcit: idque etiam puto, antequam foemina concipiat, si à Medicis iudicentur jejunia matris nocitura proli suscipienda: quia multum grave est, foeminam uxoratam, prolem probabiliter in utero concipiendam fovere non posse sicuti enim alia remedia, sic convenientia alimenta poterit, imò & debet ponere: ne foetus fortè concipiendus elanguescat.

Ars laboriosa.

18. Officium, seu ars, quam quis exercet, sit ex se laboriosa, hominem per se liberat à jejunio. Ita DD. cit. & passim, & ita quidem, ut etiam si in illo exercitio quis inveniatur posse tolerare jejunium, adhuc ad illud non astringatur, ex declar. Eug. I V. an. 1440. in comp. prin. Fratrum Min. v. jejun. n. 2. apud Fag. p. 1. Eccl. 4. lib. 1. c. 8. n. 15. quia semper aspiciatur à lege id, quod est communiter, & per se. Quare posito, quod lex universaliter omnes artem laboriosam exercentes excludit, non erit hic includendus. Adde rationem, quia laboriosis artibus vacantes, frequentius indigent refectioe, ne in debilitatem, quando minus putant, labantur. Hinc Arator etiam robustus, patientissimisque ieiunia, contra Reg. lib. 4. c. 16. n. 216. imò etiam ditissimus, ex declar. cit. non obligatur ad jejunium; quia per se omnes aratores excusantur, & ex alia parte Ecclesia non intendit privare Fideles suo officio, modòque vivendi. praeterea, quamvis exercitia ex se non laboriosa obligationi jejunandi subjaceant; tamen, si quis ita sit debilis, ut suum officium aliis leve, ipsi sit laboriosum, à jejunio per accidens hoc est, ratione suae complexionis, excusabitur: Ita Th. Sanch. in conf. lib. 5. c. 1. dub. 6. n. 8. Reg. l. c. n. 219. quia pia Mater Ecclesia cum tanto dispendio obligare Fideles non intendit: Hinc Scriptores, verbi gratia, obligantur ad jejunandum, quia scribendi officium levis est laboris; fortè modice jejunans facilius scribet, quam cibo refectus: tamen si cui Notario ita laboriosa succedat scriptio, ut sic duplici refectioe suum munus obire nequeat; excusabitur certè per accidens, ratione suae complexionis.

19. Haec Doctrina ante oculos in tota hac materia per diligenter habenda est; sit enim frequenter, ut in aliquo Doctore invenias excusari quempiam à jejunio, sed per accidens: tu verò credas excusari per se, regulamque ad omnes alios minus legitime deducas. Nudius certius fuit, qui referret quendam Theologum non vulgaris literaturae, excusasse à jejunio hominem equo iter agentem; & debetque Theologas (ut idem refere-

bat) rationes, quia succussans equus ita malè hominem tractabat per integros dies, ut satis laboriosum illis fuisset illud iter equestri; quibus verbis clarè excusatio per accidens fuit, non per se, ille tamen, qui solutionem mirabatur, acriter contendebat Theologum in ea esse sententia, ut iter equo agentes excusandi sint à jejunio. Cumque ego inculcarem, ejusmodi excusationem nequaquam universalem, sed tali peculiari personae additam fuisse, nunquam constans vir veritati manus dedit. Deus immortalis! quantum refert, non apices rerum aspicere, sed interiorum earum viscera penetrare!

20. Si queras, quanam sunt officia ex se laboriosa. Dico ea esse, quae exercentur cum magna agitatione membrorum corporis; tunc enim multi spiritus commoventur, unde & ciborum auxilio opus est; & inedia, quae magis corpus exedit, non est addenda.

Potèd, plura sunt exercitia clarè laboriosa, plura manifestè non laboriosa; plura denique de quibus, qualia sunt, dubitatur; suo igitur ordine breviter singula delibamus.

Exercitia per se laboriosa.

21. Fabri Ferrarii, Lignarii, Murarii, Fossiores, Agricola, seu Aratores, Lapidicidae, Bajuli, id est, onera per diem integrum portantes, Pistor, seu panem conficiens, Texores, Molitores, Fullones, hoc est, qui toto die panis, telis, vestibus lavandis vacant; Coriarii, Lanarii, hoc est, qui lanas lavando, terendo, discutiendo curant; Argentarii, vel Aurifices, hoc est, qui utentes malleo, lima, similive instrumento laborioso, argentum, aurum, imò & quodlibet metallum versant; Iter agentes pedibus, Curratores, (Italice *quelli che corrono la posta*) Remigantes, Nautaeque tota die remos, vel alia navis exercitia praestantes; Typographi, non quidem qui littera ordinant, (leve enim id opus est) sed qui torculari operam navant, Mercesarii, hoc est, qui, ut merces vendant, iis onusti per urbem toto ferè die circumferunt; Ornantes templa, quando scilicet scalas transferentes, perique eas salientes cum magno labore hinc inde agitantur. Hi, inquam, omnes, similisque, quia laboriosas ex se artes exercent, à jejunio merito liberantur. Ita DD. citati, & citandi, *passim*.

22. Nota autem duo, vel tria; Primò, hic sermonem nostrum esse de his artibus absolute acceptis, secus si diminutè sumantur, si enim quis, v. g. in die jejuni, duo, vel tria indusula lavet; parvo labore frumentum, bestiarum, vel aquarum vimolat; leviscula vittas texat, quod cum modico sit labore; Merces vendat, longas vias nequaquam terens; non vocabitur absolute Fullo, Molitor, Textor, Mercenarius, licet integrum diem in his consumat, nec consequenter à jejunio immunis erit, quia ejusmodi exercitia sic diminutè accepta, non sunt per se laboriosa.

23. Praeterea ejusmodi opera jam certè laboriosa, totum diem, vel majorem ejus partem, vel certè in laboriosis artibus, bonam diem, partem, occupare debere, ut per se valeat excusatio, si enim laboriosissimus Faber per unam, vel alteram horam ligna, vel lapides caedat, non propterea eo die absolute, quantum est ex hoc uno labore, à jejunio liberabitur.

24. Denique Artifices, vel similes ex officio laborantes si fortè à suis laboriosis exercitationibus aliquo die vacent, an dicto die vacationis jejunare teneantur? Ajo probabile esse, si vacent uno, vel altero, non obligari regulariter ad jejunia: Ita Fag. Eccl. pr. 4. lib. 1. c. 8. n. 16. Diana p. 1. tr. 9. ref. 9. Sanch. in conf. c. 1. d. 7. n. 20. quia ne deficient illis vires, legitime possunt vel eas servare ad sequentia exercitia, vel easdem reficere pro operibus antecedentibus. At si multis vacent diebus, obligantur jejunio; quia excusatio neque à praecedenti, neque à praesenti, neque à consequenti labore peti tunc potest.

Exercitia per se non laboriosa.

25. Scriptores, Notarii, Pistor, Statuas fingentes, sed sine magno mallei strepitu, conatūque (secus ad Lapidicidas modo dicto reducerentur) Filum ex Lana, vel

rayt eos non comprehendit à lege jejuniij. Ita Trull. loc. cit. n. 9. citans Fag. & Sà, Azor. p. 1. lib. 7. c. 17. q. 8. Laym. l. 4. tract. 8. cap. 3. n. 3. Sanch. in consil. 5. c. 1. dub. 7. n. 7. alique.

29. Dubium est quartò : De Barbitonforibus : Et quidem hds per se non excuso : tum quia ipsa conditio talis arguit non mihi apparet valde ex se laboriosa ; ut mihi non apparuit paulò antè Sartoria ; tum quia regulariter satis succellivè, & interpolatim, non autem continuo per integrum diem hæc solet ars exerceri. Fateor tamen facillimè his exculationem accidentariam convenire posse, cum pedibus stantes, non verò sedentes laborare cogantur : Dices, Eugenius I V. *supra* allatus, declaravit omnes artifices eximi à præcepto jejuniij. Respondendo, negandum id esse, quia Pontifex tantum loquitur de artificibus exercentibus artes laboriosas : quare semper remanet nobis faciendæ de artis labore discussio, nisi fortè authoritatem Doctorum n. *precedente* dictam velis amplecti.

30. Inquires : Si quis artem, seu vivendi modum laboriosum non est ex sua conditione sortitus, potestne ex sua voluntate laboriosum opus aliquo die assumere, & consequenter eo die abstinendi legem licite non custodire ?

Respondeo : Si id fiat aliqua notabili ex causa, posset ut, si quis carens, v. g. Ornator Templi, ipse cum diurno labore, ne festum relinquatur ; exoneret : idem erit, si pietatis gratià iter pedestre ad sacram Imaginè arripiat ; si se flagellis usque ad sanguinem notabiliter cedat ; si ad servendum infirmis totum diem, etiam cum proprio lucro laborando consumat : ipsa enim pietas satis rationabilem dat causam. Ita D. Th. in 4. d. 15. q. 3. art. 1. q. 2. c. non mediocriter de consil. 5. Ioan. Sanch. d. 64. n. 22. Th. Sanch. in consil. 5. c. 1. dub. 11. & 12. ex part. Idem iudico, si quando aliquod grave commodum laborando acquiram, vel incommodum à me grave abducam : tantè enim gravitati indulgere censetur Ecclesia. Ita Less. lib. 4. de iust. c. 2. num. 43. Fill. 1. 3. 27. p. 2. c. 6. num. 120. Trull. l. 3. in dec. cap. 2. d. 7. num. 13. At si sine causa, ut si quis pedestre ad venandum solum ob voluptatem se conferat, vel pila ludat, vel hastiludio vacet ; multò magis si cum peccato, ut si ad adulterandum, vel ad furandum dictum pedestre iter arripiat ; distinguendum erit : nam si hæc fiant eodem die, quo urget jejuniij præceptum, cum id sit ponere directum impedimentum executioni præcepti, dum præceptum urget, illicitè contra præceptum de jejunando fient. Lege Less. lib. 4. c. 2. n. 43. Laym. . 4. r. 8. cap. 3. n. 4. Trull. l. c. num. 13. si verò fiant tempore remoto, nec multum proximo ipsi diei, quo jejunium urget : non illicitè fieri *supr. §. de causis excusantib. ab auditione Sacri.* per occasionem diximus ; quem ut recolās, omnino velim.

31. Olim non excusavi à jejuniij lege adolescentem mobilem, qui magna animi propensione per integros quandoque dies, etiam cum jejunio dies concurrerent, per summam voluptatem, arti ferrariæ operam navabat, & scloperos, similiæque bellicæ artis acquisita instrumenta, artificis instar peritissimi fabrefaciebat. Fabrum ex officio dixi, in eodem hoc opere lubens excuso ; te verò excusare nequaquam debeo, quia illi quamvis divitiæ ars propria, qua neminem privare inter. lit Ecclesia, exculationem affert : te verò non officium tuum, non ars propria, non labor ex aliqua rationabili causa susceptus, nò aliud caput à jejunandi lege potest eximere. Scio quosdam excusare eum, qui semel, aut iterum assumit pilæ ludum, v. g. vel venationem, licet prævideat se sic non posse eodem die jejunare : quia præceptum (inquunt) jejuniij non obligat ad abstinendum ab iis honestis actionibus ; Ita Trull. l. c. n. 10. cit. Medin. & Led. Scio, inquam ; sed iis assentiri nequeo ; siquidem, dum urget præceptum, vel est in proximo obligor non apponere impedimenta ad illius executionem, ut dictum est satis *supr. d. §. 2.*

32. Illud tanquam certum libens admitto ; si etiam cum peccato te ita defatigasti, ut non possis jejunium

patie

lino nentes, famuli comitantes, Dominum per Urbem moderatè, etiam cum rheda obambulantes ; Iter lectici, arvi, equo peragentes ; Cantores, Sacerdotes ; qui vestes conant ; Ancillæ levia servitiadamus exhibentes, Medicis, Chirurgis, Confessariis, Lectores cujuslibet scientiæ, etiam qui plus Lectiones more ordinariò legunt, de in universum ij, qui ea officia exercent, quæ ingenij, perfectionis, ut Advocati, Procuratores, Scholastici, vi perficiuntur, hi mihi videntur, artes mihi similes ; omnes, inquam, hi mihi videntur, artes mihi per se laboriosas exercere, adeoque à jejunio per se exequamur. Ita Doctores citati, & citandi, quidquid aliqui de aliquibus ex his asseveraverint, inquam, nam scio facillè ratione alicujus gravis committantur per accidens excusari posse, Fac enim peccatum famulum Domino per Civitatem totum diem vagantem famulatum præstare debere ; Fac Cantorem vagantem famulatum præstare debere ; Fac Advocatum, Lectorem, confessorium, nisi alimento se refectent, suis clientibus, auditoribus, penitentibus facere satis non possit ; Fac navi iter agentem, sive gravem pati naufragam, sive cibo sufficiente destitutum, &c. nonne, sed verò, per accidens, iis jejuni immunitatem concedes ?

Exercitia dubi laboriosa.

26. Dubium sit : Primò, An concionatores munus suum pro laborioso habere debeant ; Respondeo, mihi in discrimine videtur : Si per totam Quadragesimam quotidie, vel etiam ter, quaterve in hebdomada concionentur horariam plus minus, conscientiam habeant ad populum : affirmativè est respondendum, etiam si voluntarie, & propter lucrum (est enim opus per se pium) concionentur ; ac propterea à jejunio tunc erunt excusati. Ita Fagund. *præc. Eccl. 4. lib. 1. cap. 8. num. 19.* Sanchez *in consil. 5. c. 1. dub. 9. n. 10. 11. 12.* Layman. *lib. 4. de iust. c. 2. num. 43.* Diana p. 1. *tr. 8. q. 9. n. 10. 11.* Layman. *lib. 4. de iust. c. 2. num. 43.* Si semel, vel bis in hebdomada, neque per lucrum, neque propter lucrum, concionentur, non concionibus non apparet, hinc una vel altera concio in die jejuniij fortè incidens, ius ad solvendum jejunium nequaquam dabit, nisi per accidens. Si quando scilicet debitas, vel quid simile id tibi indulgendum persuadeat, id quod extendo cum Sanch. *lib. 5. consil. 5. c. 1. dub. 13. n. 6.* etiam ad diem præcedentem concioni, si debilitas, iudicio prudentis, idem requirere videatur.

27. Dubium est secundò de Coquis. De quibus sic sentio : Si sint coqui Magnatum vilioribus ministris sociati, vel sint Coqui Communes paucis fercula parantes, non excusantur à jejunio : si sint Coqui toto die per se exercitia culinæ exercentes, si sint unius Magnatus, sive numerosæ familiæ, tunc certe satis probabile est eximi per se à maceratione jejuniij, quia tunc est opus vere ex se laboriosa, cum in præcedenti casu non sit.

28. Dubium est tertio : De Sartoribus, hoc est, de iis, qui calceos consunt, quos quidem, quamvis ego concionem non excusari, horum enim artem, quæ sedendo exercetur, non apprehendo esse valde laboriosam ; tamen quia invenio multos, hosque magni nominis Doctores, *Less. lib. 4. cap. 2. d. 6. num. 43.* Fagund. *præc. Eccl. 4. lib. 1. cap. 8. n. 15.* Laym. *lib. 4. r. 8. c. 3. n. 3.* Sanch. *in consil. 5. c. 1. dub. 7. n. 7.* Trull. *lib. 3. in dec. cap. 2. dub. 7. num. 7.* illis admodum favere, eademque libertatem per se concedere, ideo hanc esse opinionem probabilem, ac tutam, negare non possum. Suffragatur & ratio : quia hæc ars solum manibus, & brachiis ; sed cruribus etiam, & pedibus, adeoque notabilis conatu corporis exercetur. Excipe, nisi Sutor solum condant corium levi labore, deinde à ministris suendum : vel tunc molle sit corium, ut non calcei, sed pannus, vel vestis consui videatur ; nunc enim hæc Sartoria assimilatur arti Sartoriæ, quam à jejunio per se paulò antè non liberavimus. Dico denique propter authoritatem Doctorum esse probabile nullos artifices, atque adeò Sartores obligari ad jejunia ; quia Eugenius, vel concionator (sunt) iis privilegium non jejunandi ; vel decla-

pati: peccasti quidem, dum impedimentum jejuniis exhibendo apposuisti: at poteris deinde sine novo peccato comedere, quia tunc verè incapax es macerationis jejuniij.

Paupertas.

33. Duplici via paupertas jejunium tollit: Primò, si pauper, quia indiget, laboret die jejuniij: unde propter defatigationem se cibis reficere opus habeat: Secundò, si careat cibis, quibus integram, eandemque sufficientem refectioem assumat: nam tunc, quia cogetur pauca identidem per diem comedere, jejunium dissolvit. Utraque excusatio, ut ex se patet, legitima est. Ita S. Thom. 2. 2. q. 147. art. 4. ad 4. *Fag. praece. Eccl. 4. l. 1. c. 8. n. 12. Sanch. in cons. lib. 5. cap. 1. dub. 15. n. 1. alique.*

34. Sed adhuc dubitabis: Primò, de eo, cui solum suppetit panis, & aqua, an is obligandus sit ad jejunium? Quid, si prater panem, suppeteret & vinum, vel potus vino similis? Quid denique, si prater panem, & vinum, non desit aliquod unum obsonium modici succi; ut, v. g. pisciculi, vel olivae, vel nuces, vel caepe, vel allia, &c.

Respondeo, non obligarem habentem solum panem, nec habentem insuper & vinum copiam; quia nimis esset onerosum, & laboriosum quismodi jejunium. At habentem aliquod unum ex dictis obsoniis obligatam, si raro, velbi gratia, semel aut iterum id contingat; non autem, si saepe. Ratio est, quia si saepe, maceraretur nimis, atque extra modum corpus: quæ certè nimia maceratio non habet locum, si id raro contingat; praesertim in homine rustico, firmæ sanitatis, & his vilioribus obsoniis assueti. Quod si cui in promptu essent non pauca ex dictis obsoniis, tum olivæ scilicet, naces, tum pisciculi, & similia; non audeo facultatem eidem non jejunandi concedere: (quidquid non nemo in contrarium sentiat) quia sufficiens habet alimentum à multis cibis vilioribus potest, quod ab uno, vel altero pretiosiore potuisset.

35. Dubitabis secundò: Qui habet unde vivat, non verò unde restituat, vel alat familiam, potestne primò laborare, & consequenter jejunium negligere, ut pretio laboris, quod debet, exsolvat, familiamve sustentet? Potestne secundò de victu sibi detrahere, & consequenter propter parvitatem victus non jejunare; ut sic pecuniam cumulans, dictis suis debitoribus, familiaeque satisfiat? Respondeo. Posse utrumque puto, quia restitutio, quæ est debita ex justitia, & sustentatio familiae, quæ est ex charitate, praevalent debito jejuniij, quod non est inductum ab Ecclesia cum tanto rigore: *Lege cap. non mediocriter, de consecr. dist. 5.* certè propter opera pietatis posse dissimulari ieiunium, modo num. 1. diximus. An sicuti potest, ita etiam debeat? Colligetur ex mox dicendis num. sequenti.

36. Virges. Sequeretur ex his, primò, pauperem, quando aliunde non habet, posse laborare die festivo, imò & omittere sacrum, solum, ut reddere debitum, vel familiam alere valeat; par enim videtur ratio de his, & de ieiunio: Sequetur secundò, ad id etiam obligari; potens enim adhibere media apta ad solvenda debita, à iustitia obstringitur, ut ea adhibeat.

Respondeo ad primum, concedendum esse sequelam; solum adverto, Sacrum non esse tam facile omittendum; quia præceptum audiendi sacrum die festo suam gravitatem habet, quæ non videtur regulariter vinci à modico illo lucro, quod à labore tam modici temporis, quo Missa durat, acquiri ordinariè potest. Respondeo ad secundum cum distinctione: nego enim ad id obligari, ut quis restituat; poterit enim debitor sibi persuadere creditorem nolle esse tam severum, ut obstringat ipsum ad conquiritam pecuniam medio tam extraordinario, quale est, laborare die festivo, in quo omnibus conceditur quies ad vacandum Deo. At verò concedo te obligari ad laborandum, quando tanta necessitas premit, ut sine illo festivo labore notabile damnum tua familia patiatur; tunc enim urget, ut bene tu mones, ratio Charitatis,

Conjugium.

37. Coniux non raro excusatione ducta ex ipsa conditione coniugij, liberatur à ieiunio.

Liberatur autem: Primò, in eo casu, quo non possit alteri reddere debitum, si ieiunet. Ita Thom. Sanch. 1. 9. de mar. d. 3. n. 10. *Leff. lib. 5. cap. 2. n. 44. Jo. Sanch. d. 54. m. 2.* aliique. Ratio est, quia ius iustitiæ praevalet præcepto Ecclesiæ; nolentis cum tanto rigore ieiunium. Imò tunc peccaret coniux ieiunando. Ita Ledesma 2. p. 4. q. 17. art. 1. *ver. ex prædictis colligitur;* quia faceret contra ius alterius, dum ad reddendum illi debitum se notabiliter impotentem reddit. Tunc autem hic casus locum habet; quando coniux notabiliter debilitatem contraheret ex eo, quod cum ieiunio debitum redderet. Debitum, inquam, modè ab altero petendum: quæ moderatio attendenda est, spectata qualitate conjugum, juvenes enim, fortioresque sapientius, & ceteri, imbecillioresque rarius matrimonio uti convenit. Cum ergo quis non teneatur reddere nisi iuxta qualitatem suæ complexionis, ad quod solum, & non ad amplius virtualiter consensit coniux, cum matrimonio contraxit; ideo solum tunc debitum conjugale coniugem à jejuniio immunitem reddit. Quod si precibus alijsve modo posset coniux remove alterum à petendo debitum, adhuc tamen non teneatur uti hoc remedio, atque adeò posset non jejunare, & sic reddere. Ita Thom. Sanch. *l. c.* Ratio est, quia personalis obligatio reddendi est ex iustitia, quæ non obligat nisi ad reddendum personaliter debitum; non verò ad conquirenda, vel ponenda remedia, ne alter petat.

38. Negligi item jejuniij præceptum non potest, ut potentior, seu etiam, ut potens quis sit ad petendum debitum à conjugate. Ita Thom. Sanch. *ibid.* quia solum obligatio iustitiæ reddendi debitum excusat à jejuniio: ut coniux non habet obligationem iustitiæ petendi, sed solum reddendi debitum.

39. Scio quendam concedere solutionem jejuniij et conjugij, qui nisi comedat, est ineptus ad petendum debitum moderatè, quia sicut Faber dives (inquit) ne suum officium ad quod ius habet, deserat, potest laborare, & consequenter non jejunare: sic conjugatus, ut suum officium usque matrimonio, ad quem ius habet, non amittat, poterit non jejunare, non quidem ut sit valentior, & potentior ad extraordinarias copulas, sed ut sit potens ad petendas copulas moderatas, ad quas ius habet.

40. Verum, nulla ratione placet hæc concessio; non solum, quia omnes ferè conjugati sic liberarentur à jejuniio, si quidem pro omnibus est illud: *Sine Cerevis & Baccho friget Venus;* idemque possent conjuges præterdere quoad concubitus carnium, quod certè esset inauditum, verum etiam, quia cum usus matrimonij, quoad petitionem, sit liber in conjugibus, praevalet lex jejuniij, quæ est obligans. Sicuti, quia Fideles omnes tenentur interesse sacro diebus Dominicis, non potest quis excusari ab illo, quia vult uti sua libertate, quæ se conferat ipsam Dominicis diebus ad venandum; & sicut, quia Sacerdotes omnes tenentur recitare Horas Canonicas, non potest quis aliquem Sacerdotem excusare ab his recitandis, quia is vult uti sua libertate, quæ Breviarium suum in Mare projiciat: & ratio horum omnium est, quia idem præceptum, quod obligat ad finem, obligat etiam ad media proxima, & necessaria ad illum, & ne tempore, quo præceptum urget, ponantur impedimenta voluntaria ad ejus executionem, ut alibi à nobis dictum est.

41. Neque obstat paritas ducta ab Artifice divite quia lex jejuniij absolute non obligat Opifices laborantes; unde non est mirum, quod eisdem non obliget; si divites sint; per accidens enim est eos esse locupletes, at lex jejuniij obligat per se etiam conjuges; unde iij ob solam rationem conjugij nisi alia addatur excusatio, dictam legem à se non possunt excutere.

Illud approbo, si advertat coniux periculum incontinentiæ in alio, posse petere, etiam si, ut petat, opus sit jejunium frangere; quia tunc illud periculum in altero æquivaleret,

rebus Infidelium, vel servi in eorum domibus alium cibum præter carnes non haberent, vel si jejunando in odium notabile Domini Infidelis inciderent, à jejunij præcepto propter dictam rationem eximerentur.

Bona fides: Ratio hospitij.

49. De bona fide si habet Sa, v. Jejun. n. 14. *Qui se putat justam causam habere non jejunandi, non peccat mortaliter, non jejunando: sic ille, imò nec peccare venialiter, si nulla prorsus fraude ita putat, certum sit. Nam si negligentiam adhibuerit in exquirenda causæ sufficientia, jam aliqua adest fraus, juxta cujus gravitatem, si adsit, vel levitatem, pensanda est culpa, ut universum explicui- mus, l. i. c. 1.*

50. Atque ex hac fide bona excusandos esse aliquos sanctos viros præcis imbutos moribus, puto, qui Charitate urgente, ut hospites ex itinere, ut plurimum pedestri defatigatos ad cibum allicerent, jejunium etiam obligans se posse frangere existimabant: nisi eodem excusari potius velis, quod non jam jejunium de præcepto Ecclesiæ, sed de regula ad mortale non obligante violaverint. Nam ceteris mihi non probatur solam hospitij rationem posse causam fractionis esse jejunij, sive ex præcepto, sive ex voto, sive ex penitentia debiti: Ita Azor. p. 1. lib. 7. c. 18. & 19. q. 1. & 2. pag. pr. Eccl. 4. lib. 1. c. 10. n. 11. Ratio præcipua est, quia in hac potissimum ætate nostra tam culta facile hospes, nisi sit inhumanus, & barbarus, poterit persuaderi jejunium à te, non ex aliquo capite Hospitis offensivo, sed solum ex obligatione tibi injuncta, servari: ratioque admodum ne dicam, nunquam, timeri aliquid damnum videretur posse ex tua sola abstinentia, si humaniter cetera hospitij jura custodias.

Ratio loci: Excusatio dubia, remissive.

51. De excusatione ratione loci, satis per occasionem dictum est in superioribus, c. 1. §. 2. n. 10. cum de excusatione ab assistentia Missæ tractaremus. De excusatione dubia, vide nonnulla *mox num. 6. sine*, & ea quæ supra diximus lib. 1. c. 3. §. 7. v. *Jejunium*.

Dispensatio.

52. Dispensationem de non jejunando concedi à Summo Pontifice posse, ex justa causa, licet, & valide, sine causa autem, saltem valide, ex supradictis cap. 3. §. 2. num. 3. satis constat.

53. Et quidem causa justa duplex est: Altera ex parte Summi Pontificis, altera ex parte ejus, qui dispensationem postulat. Ex parte hujus causa debet esse excusatio, seu aliquo tandem modo impeditiva, de qua *mox num. 6.* Ex parte Pontificis non est impeditiva satis esse quancunque, etiam si non sit impeditiva jejunij: quare sufficit, si Pontifex moveatur ab aliqua sibi bene visa ratione, ita ut solum, quia vult se benignum alicui benemerito ostendere, sufficiat aliquando ad dispensandum, Lege Sanchez l. 8. de matr. d. 18. n. 7. Pont. l. 8. de matr. cap. 14. Castro Pal. l. 1. r. 3. de disp. d. 6. p. 8. §. 1. n. 3. Dianam p. 1. r. 1. d. res. 3. 5. Trull. l. 3. in dec. c. 2. dub. 7. n. 18. cujus rei ratio est, quia similes dispensationes concessæ pro persona particulati, non lædunt bonum commune, ne sunt in alicujus præjudicium, nec bonum ordinem Republicæ turbant: convenit enim ipsi Republicæ bono. Principè aliquando se benignum exhibere: ergo cum hæ dispensationes sint circa leges humanas ab ipso Pontifice dependentes, non est vane tunc committatur ne levis quidem culpa. Proportionali modo esse discurrendum de dispensationibus concedendis per Episcopos à jejunij, solo jure Diocesano, (non autem universali, de his enim *mox n. 55.*) inductis, paritas rationis ostendit.

54. Atque ex his sit, peti posse dispensationem ex nulla causa à Summo Pontifice, & ab Episcopis in eorum proprio jure sine ulla culpa, Ita Sanchez ib. 8. de matr. d. 18. n. 9. tum quia integrum mihi est proponere desiderium,

equivaler petitioni, & petitiõ hujus redditioni, ad quam negetur pultur ratio. Idem puto (non enim absimilis est ratio) nisi petas, ingeras malam suspiciõem in altero, quod adulteraveris, vel aliam adamaveris.

43. Liberatur tertio si eadem uxor ita prohibeat, ut non jejunet, ut si jejunet, rixæ exoriantur, & notabilis sit, ne à viro minus notabiliter ametur: Ita Sanchez d. 3. n. 24. præceptum epim jejunij quieto matrimonio statui, quem certe sine debito amore perisilitari necesse est, obstat non debet.

44. Liberatur quarto, Vxor Catholica, si prohibeat, ut viro hæretico jejunare, idque non in contemptum Ecclesiæ, vel præcepti jejunandi, sed ob alias causas, puta ob incommodum parandi cibos Quadragesimalis, ob dispendium eisdem emendi vel quid simile. Ita Azor. l. 1. c. 18. §. 7. pag. l. c. n. 10. Trull. lib. 3. in dec. c. 2. dub. 7. Ratio est eadem, vel ferè eadem, ac modo dicta.

45. Liberatur quinto, ut id hæ occasione dicam, puella nubere volens, si ex continuo jejunio Quadragesimali (nam in jejunio uno vel altero, quod incidit in annum, id vix locum habere potest) speciositate faciem suam amitteret: Ita Th. Sanchez l. c. n. 12. Ratio quia puellæ honestum Matrimonium occupanti, notabile damnum infert speciei deperditio. Sed quod si quæ tantæ jacturæ? Respondet, quando ita colorem amitteret, maciemque contraheret, ut ea visa, statim de diti macie extra suum moram notaretur.

Opera Pietatis: remissive.

Difficultas invitandi.

46. Licet ob pietatis opera jejunium de præcepto negligere, satis per occasionem petimus cap. 3. §. 4. n. 6.

47. Quoad difficultatem. Cuius est molestiam aliquam in jejunio resistere, atque hæc nihilominus cognita præcepti jejunij Fidelibus ab Ecclesiæ: quare non est, ut quolibet difficultatem à jejunio te eximii impulerent putes. Agimus igitur hic de magna, ac valde extraordinaria difficultate: de qua sic distingue: Si difficultas oriatur ex malo habitu tuo, ut quæ solitudine, ut si magna obligas tam vincere, & jejunare. Ita Fill. r. 1. d. 2. p. 2. c. 6. q. 9. n. 12. §. omnes eam tenemur malum habitum, quamvis inveteratum, extirpare. At si difficultas oriatur ex prava corporis dispositione, quia, ut Machi notabilem, atque extraordinariam debilitatem sentias, insolitam lassitudinem, & similia; excusaberis à jejunio, etiam si ejusmodi debilitas provenerit ex malo habitu nimis comedendi. Sic intelligo Bonac. l. 2. d. ult. de p. Eccl. l. 1. p. ult. n. 15. Ratio est, quia tunc ejusmodi incommoda reducuntur ad corporis infirmitatem, de qua supra satis, supèrque disputatum.

Transitus per Terras Hæreticorum.

Servitius Catholicis apud Infideles.

48. Quando nullum adest, timeturve incommodum, si quando, ni jejunetur, apparet Religionis contemptus, jejunium esse observandum, etiam inter infideles, nulla est dubitatio. At sit vitæ periculum, vel alterius mali gravis, sine dicto contemptu, poterit, vel peregrinus, vel servus inter Hæreticos, seu Infideles, & jejunium, & frangere, & carnes comedere die Fidelibus venito, Azor. p. 1. l. 7. c. 18. §. 7. Trull. l. 3. in dec. c. 2. dub. 7. n. 22. quia præcepta Ecclesiæ positiva non obligant, ut nimis sæpe diximus, cum tanto dispendio. Hinc, si Remiges Christiani in tri-

rium meum; ceterum ad Superiorem pertinet inquirere causam sufficientiam: tum quia supponere possumus semper adesse dictam causam benignitatis ex parte Prælati proprio jure. Fit insuper, posse quempiam uti prædicta dispensatione; Ita Suar. lib. 9. de leg. c. 19. n. 14. Pont. Dian. Barb. Navar. Val. aliique quos citat, sequiturque Trull. l. c. tum quia suppono semper adesse dictam causam ex parte Pontificis, vel Episcopi: tum quia dispensatio sine causa concessa à legitimo Superiore, quales sunt in proprio iure Prælati, jam est valida, ut supra vidimus non igitur peccabit, qui dispensatione iam valida utitur, cum per dispensationem validam, valide à lege exemptus sit; esto, Superior peccaverit.

Dixi (sincere) nam si falsum exprimas, vel verum taceas, longè alia est ratio, de qua re alibi.

55. Loquamur iam de Episcopis, Prælati Regularium, Episcoporumque Jurisdictione gaudentibus, (qui sint hi, vide in simili *sup. c. 3. §. 2. n. 3. 2.*) quoad universalia ieiunia indicta toti Ecclesiæ.

Primo: Dicti Prælati Papa inferiores, non solum possunt dispensare in ieiuniis proprii iuris, ut modò dictum est; sed etiam possunt cum suis subditis aliquando dispensare in ieiuniis lege universaliter institutis. Ita S. Thom. in 4. dist. 15. q. 3. art. 2. q. 4. ad 3. Suar. lib. 6. de leg. c. 14. fin. Sanch. lib. 5. conf. c. 1. dub. 5. n. 16. Fag. pr. Eccl. 4. l. c. 9. n. 2. Ratio est, quia potest Prælati inferior dispensare in lege superiore, quando non est recursus ad Superiorem, casusque dispensandi est frequens, qualis certè est hic de ieiunio. Intellige semper, dummodo in huiusmodi universalibus legibus existat causa, se tenens ex parte subditi; quia dispensare in lege Superiore, hic solum concessum est, ut subditorum necessitatibus subveniatur.

56. Inter hos potentes dispensare dicto modo in ieiuniis universalibus, connumerat Barochum, etiam præsentem Episcopo. Ita plures, quos citat, & sequitur Joan. Sanch. d. 54. n. 36. Th. Sanch. lib. 8. de matr. disp. 9. n. 27. Et ratio præter præscriptam consuetudinem est, quia secus nimis gravarentur Fideles, imò & Episcopi, si hi essent pro ejusmodi minutis, & frequentibus dispensationibus semper adcundi.

57. Secundò, quilibet ex dictis, imò & à delegatis ab ipsis, eo modo, quo cum subditis suis dispensare potest, poterit etiam secum ipse immediatè, vel mediatè, committendo scilicet suo Confessario, ut dispense: id quod satis sit hic innuisse. Lege Castr. in 3. dist. 6. de disp. p. 7. §. 1. n. 2. Diana p. 1. t. 9. ref. 15. Laym. l. 1. tr. 4. c. 22. n. 3. 2. Alf. Tamb. l. 2. de jure Abb. d. 1. 2. q. 8. n. 1. & 2. in nova edit.

58. Tertiò; quamvis Episcopi non possint abrogare ieiunia universalia Ecclesiæ; quia nihil potest, absolute loquendo, Inferior in lege Superioris; tamen concurrente gravi causa, valet pro tota sua Diocesi aliquando dispensare. Sic paucis ab hinc annis dispensatum fuisse ad edendas carnes tempore Quadragesimæ, grassante peste, Panormi; fame premente, Messanæ, scimus omnes.

Multò magis poterunt ex causa transferre. Ita Sanch. in conf. lib. 5. c. 1. d. 7. p. 17. Undè rectè factum est Panormi, ut in die Natalis Sanctæ Christianæ Civitatis Patronæ, quæ incidit in Vigiliam sancti Jacobi, non jejunetur, sed ob celebritatem Festi transferatur jejunium in diem præcedentem.

59. At poteritne Episcopus commutare, hoc est, sine ulla causa, concedere ipsi, vel toti Diocesi, ut loco jejuniij aliquod opus spirituale, sive æquale jejunio, sive majus exhibeat? Respondeo, non posse in jejuniis indictis jure communi, vel jure Provinciali; Possè in jejuniis à se, vel Prædecessoribus, vel Concilio Diocesano inductis. Lege Suar. lib. 6. de leg. c. 16. imit. Castr. l. 1. n. 3. d. 6. de disp. p. 9. n. 4. Indicat Sanch. l. 3. de matr. d. 10. n. 1. & c. licet, de for. Ratio prioris dicti est; quia Episcopi solum ex causa excusante subditos dispensare ex legibus Superioris valent (vide quæ dixi, cum de dispensatione laborandum die festo): si ergo nullam supponis causam, ex parte subditi, nullam supponis auctoritatem. Ratio dicti posterioris est: quia leges à se dependentes abrogare potest ex quacunque causa, quamvis subditos non excusante, ut modò n. 53. dictum est; opus autem bonum, in quò commutari jejunium supponimus, jam aliqua causa est.

60. Quartò: quanam debet esse causa excusans, sèque ex parte subditi tenens, in hac materia? Respondeo: satis erit una ex illis causis excusantibus à jejunio, hæcenus explicatis, licet non totaliter, sed aliquo tandem modo insufficienter excusans. Ita Sanch. in conf. lib. 3. cap. 1. d. 6. n. 2. Item satis erit, si dubium sit, an dicta causa sufficiat ad excusandum absolute subditum à jejunio; Ita ibid. vel ad sufficiat Superiori ad expediendam dispensationem. Ita idem ibid. dub. 5. n. 26. Trull. lib. 3. in dec. c. 2. d. 7. n. 19. Less. v. Jejunium, n. 10. Ratio horum est, quia si causa est magna, & gravis, non indigemus dispensatione: si nulla, non potest ea licitè dari: ergo, ut aliquid operari possit potestas dispensandi, satis erit, si causa non sit adeò gravis, vel sit dubia. Quando superiores advertunt, causam minus esse sufficientem ad absolutam dispensationem, misceant aliquam commutationem, purà Orationem, elemosynam, &c.

61. Majorem causam, requirit in dispensatione ad carnes, quam ad frangendum jejunium, admonitione non indiget. Quid de lacticiis, comparatione facta ad jejunium? Aio, majorem requiri causam ad dispensandum jejunium, quam ad edenda lacticia: quia cum lacticiis stare jejunium potest; atque adeò minus dispensatur in iis solum edendis, quam in violando jejunio.

62. Quintò denique, Confessarius, ex Sanch. conf. lib. 3. c. 1. dub. n. 28. & lib. 8. de matr. d. 9. c. 27. Fag. pr. Eccl. 4. lib. 1. c. 9. n. 3. Trull. lib. 3. in dec. c. 2. dub. 7. n. 18. Medicus, ex iisdem ibid. vel quilibet vir prudens, ex iisdem ibi: ut etiam Abbatissa, ex Joan. Sanch. in fel. d. 54. n. 37. fin. Lezana v. Abbatissa, n. 14. dispensare in jejuniis non valent: solum possunt, quatenus sunt periti, declarare causam adesse sufficientem ad non jejunandum. Ratio est manifesta, quia ad dispensandum requiritur jurisdictio spiritualis, qua hi carent; at ad declarandum, sufficit peritia.

63. Verùm, quid fiet in casibus, in quibus nec adeit Superior, qui dispense: nec vir peritus, qui declaret? Respondeo: si licet ipse subditus bona fide putans sufficientem sibi adesse causam, ut colligimus ex S. allato n. 49. Sed jam, librum hunc quartum feliciter, si Deo placeat, cum gratiarum actione claudamus.

FINIS LIBRI QUARTI.

Ac totius Operis primæ Patris.

Laus Deo, Beatissima Virgini, ac Beato Aloysio.